

Dominica prima adventus sermo [=T1] [34r 343/1r 356]

Ecce rex tuus venit Mt. xxi Sicut dicit augustinus in libro de catezizandis rudibus et Nulla maior est ad amorem invitatio Quam praevenire amando et nimis durus est animus qui dilectionem si volebat rependere nolit Quam multum suum amorem ostendit filius dei in suo corporali adventu et quomodo nos amore suo praevenerit¹ ostenditur in <356: ewangelio > hodierno ewangelio ut Si ei amorem impendere nesciamus saltem impendere nullatenus negligamus dicit ergo Ecce rex tuus etc. venit tibi prae omnibus creatruis amando temporaliter venit tibi non tu ei spirituali Beneficio amoris te praeveniendo In quibus verbis circa Christi adventum in carne tria tanguntur. Primo admiranda novitas Ecce quod dici solet cum aliquid novi appareat. Plurima autem nona circa adventum Christi in carne sunt ostensa. Dicit enim beatus quod tria mirabilia operatus fuit deus in re ista scilicet quod virgo peperit quod deus homo factus sit et quod cor humanum hoc credit. Valde videtur mirabile si cecus manens cecus videt et ecce virgo manens virgo parit valde similiter mirabile esset si lignum factum fuisset lapis vel bos vel equus quae sunt speciae diferencia Et ecce deus homo factus est et homo deus inter quos est indiffinita maior distantia sed non videtur minus quod cor humanum fidem adhibere potuit istis. Item Oleum de fonte erupit nocte nativitatis Christi rome in taberna emeritoria et de templo pacis de quorum utroque inveniens in *STATIONIS* hystoriis. Item sicut legitur in cronicis In ipsa die natis tres soles in oriente apparuerunt et in unum corpus solare coierunt in quo significabatur quod ille apparuit in carne in quo divinitas et anima et verum corpus fuit. Item octoviamus imperator volens scire si unquam in mundo nasciturus esset maior illo sibillam vocavit [1v 356] Insistente autem {illa} <Corr. 343: ea> in oraculis in camera imperatoris ipsa die natis Christi media die circulus aureus circa solem apparuit et in medio virgo pulcherrima puerum masculum gestans in gremio quod cum sibilla cesari ostendisset et ipse de visione admiratus fuisset. Audivit vocem Hec est ara celi dixitque sibilla hic puer maior te est. Istam novitatem cum magno desiderio *optabant* [343]/ *pertabant* [356] antiqui patres Ecclesiaticus [Sirach] 36[.6] In nova signa et inmuta mirabilia. Signa sua innovavit deus quoniam predicta nova apparuerunt quae nuncquam prius visa fuerunt. Sed mirabilia inmutant quoniam christus in mundi principio feminam sine femina formavit de viro. virum de femina nasci voluit sine viro de qua Jeremie [31.22] <in margine 343: Jo> Novum faciet dominus super terram: femina ci[r]cumdabit vi[r]um gremio u[teri]. Secundo tangitur adve[34v 343]nientis dignitas cum dicit Rex tuus Psaltes [89.28] Ego ponam illum excelsum prae re[gibus] terres. Apo[calypsis 17,14] Rex regum et dominus dominorum. Secundum Ysodorum Rex dicitur a regendo Secundum Augustinus a regnando Secundum be.² a recte operando. Recte ergo christus dicitur rex regum quia ipse regit melius

¹ 356: *praevenit*

² Beda?; Bernhard?

Psaltes dominus regit me etc. Item quia regnat excellencius Ysa Et regnum eius non erit fi. Item quia operatur rectius Mt.[= Mk. 3.7] bene omnia fecit et surdum fecit au[dire] Quatuor autem sunt que decent et decorant statum regium. Primum est veritas in iudicio de quo commendatur salomon Respondit. Afferte mihi gladium etc. ... ecc.. firmabitur iusticia thronus eius. Secundum est misericordia cum clementia in relaxandis et remittendum iniuriis sui offensis de hoc commendatur saul R. x. de quo dicitur cum electus esset in regem dixerunt filii belial. Quoniam saluaris nos poterit iste et despicerunt eum et non attulerunt ei munera ille verbo dissimulabat se audire et infra dicitur xi. [1. Samuel 11,12-13] quod cum victoram habuisset de illis quae obsederant iabes et galaath et dixit populus. Quis est iste qui dixit saul non regnabit super nos. Date **[2r 356]** viros et occidemus eos Et dixit saul non occidetur quisquam in die hac. Proverbia xx[.28] misericordia et veritas custodiunt regem et ro[boratur] cle[mentia] thronus eius. Tertium est liberalitas in beneficiis largiendum de hoc commendetur assuerus hestis et quod largitus est munera iuxta magnificentiam principalem unde et de leone rege animalium dicitur quod si supra praedam steterit et alia bestia esuriens supervenerit ei donec saturata recesserit. Dicitur Aristoteles in libro quodam quem scripsit alexandri qui vocatur secretum secretorum, quod quatuor sunt reges largus sibi et subditis avarus sibi et subditis largus. largus sibi et subditis avarus. Avarus sibi et subditis. Infra inter omnes modo iudicio peior est et merito reprobandus qui est largus sibi et subdicis avarus. Et infra unde inveni scriptum in praeceptis magni doctoris hermogenis quod vera et summa bonitas plenitudo legis est ac signum perfectionis est in rege abstinentia a pecuniis et possessionibus subditorum. Que fuit causa destructionis regni caldeorum nonne quia superfluitas expensarum superabat redditus civitatum. Quartum est studiositas in divinis obsequiis **[35r 343]** de hoc comendatur non solus domino denoci in ritu christianorum sed et ydolis servientes in ritu paganorum ut tirus perses dan? ix? [= Daniel 9] de quo dicitur quod erat ydolum in babilonia et rex tolebat eum et ibat adorare eum cotidie. Inter reges christianorum legitur de karolo magno quod tot fundavit cenobia quot sunt littere in alphabeto et in unoquoque litteram unam per ordinem alphabeti de auro fabricatam reliquit plusquam C libras turoneum? valentem legitur de sancto georgio qui in lingua nostra iurian vocatur quod regem quemdam cuius filiam draconi ad denorandum traditam interfecto dracone liberavit de quatuor monuit scilicet ut ecclesiae curam haberet ut sacerdotes honoraret **[2v 356]** et divinum officium libenter audiret et ut propter pauperum memor esset | dicitur ergo christus merito rex quia ipse est in iudicando iustissimus. Psalmus [119,137] Iustus es Domine et rectum iudicum tuum Proverba [6,34-35] zelus et furor viri in die vindictae non parcer nec acquiescat cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Item est in remittendis offensis clementissimus Ipse enim est rex ille ewangelicus de quo dicitur Mt [18,27?] Misertus est dominus servi illius Nota de muliere in adulterio deprehensa Jo et Iohelis. Convertimini ad dominum deum verum quem/ quoniam?

benignus et misericors est patiens et multae misericordiae et praestabilis super maliciam. Item in largiendis beneficiis est liberalissimus. Non solus enim dedit nobis sua sed et seipsum Dedit seipsum pro nobis Mt 24 [25,14] vocavit servos suos et dedit illis bona sua unicuique secundum propriam virtutem idest secundum suam capacitatem hic si indiges potes notare plura que christus dedit nobis. Item in divinorum obsequiis fuit studiosissimus unde semper quoniam/quando? iherusalem intravit p^o ad templum ire solebat et dicitur Jo quod ementes et vendentes in templo eiciebat. Et cum alias dyaboli temptationes patienter sustinuissest Dicente dyabolo. Si cadens adoraveris etc. sustinere non valebat Sed dixit vade sathana. Tertio tangitur humana utilitas. Venit tibi idest ad tuam utilitatem veniet inquam³ ad te saluandum osee[=Hoseae]. Dominus veniet et saluabit nos lucis ius filius hominis querere et saluum facere etc. Ipse est ille homo qui **[35v 343]** ovem perditam <corr. super linea 343: venit> querere et ad ovile reducere saluam lu xv Item ad te vivificantum Jo. x Ego veni ut vitam habeant Osee 6[3] vivificabit nos post tres dies. Primus fuit dies legis naturae. Secundus legis date. Tertius legis gratiae quamvis/ quoniam praesentialis apparuit in carne. Ipse est ille verus helyseus qui ex**[3r 356]**pandens se super puerum mortuum carnem eius calefecit et ad vitam reduxit. Item ad te commemorandum Za. 2 lauda et letare syon quia ecce venio et habitabo in medio tui Nota hic si vis quatuor christi adventus primus fuit in carne ad mundum reconciliandum In <in margine 343: figura> cuius rei figura dicitur apo[calypsis] x[10] vidi angelum fortem descendentem de celo amittum nube et iris erat in capite eius. Iris est figuram reconciliationis prosequere quare dicitur angelus quare fortis quare nube amittus. Secundus est in mente ad cor illuminandum. Jo. ix.[14,23] ad eum veniemus et mansionem apud etc. Tertius in morte <corr. super linea 343: in --ad> corpus intinerandum. Inde veniet dominus in sanctis milibus suis facere iudicium⁴ contra omnes et arguere omnes impios de omnibus operibus iniuritatis eorum quibus impie egerunt et de omnibus verbis duris que locuti fuerunt. Contra eum omnes iniqui. Quartus Apocalypsis [22,12] Ecce venio cito et merces mea tecum est reddere unicuique secundum opera sua Ysa xl[10] Ecce dominus in fortitudine veniet et brachium eius dominabitur et merces eius cum eo et opus illius coram ipso. Sic ergo nobis in verbis praedictis proponitur admiranda novitas ut admiremur. novitatis dignitas ut eam veneremur nostra utilitas ut deo regraciemur. Rogemus ergo deum etc.

³ 356: inquit

⁴ von „inde...iudicium“ fehlt in 356

Dominica secunda adventus [=T2] [35v 343/ 3r 356]

Erunt signa in sole et luna etc. Sicut dicitur Mt. xxiiii: Ubi loquitur dominus de adventu iudicis de die illa et hora nemostit sciam scilicet certitudinis verumtamen praesentia parere nobis potest signis quibusdam et probabilibus coniecturis de quibus in verbis propositis dicitur Erunt signa Ubi primo dicit signorum praeceduntius varietatem. Erunt signa insinuat venientis [36r 343] iudicis maiestatem tunc videbunt. | Tercio rectorum cordibus ingerit iocunditatem. Respicate et levate ca[pita Lu 21,28]. Circa primum notandum quod dicitur <in margine 343: Nota> erunt signa Uno modo sic potest exponi litteraliter de signis materialibus et sicut Jeronimus [3v 356] se comparisse in annalibus hebreorum dicit xv signa ante diem iudicii praecedentia ut dicit magister in hystoriis et sunt ista prima die erigit se mare xl cubitis super altitudinem montium in loco suo quasi murus. Secundo die tamen descendit ut vix videri possit. Tercio maxime belue apparentes super mare dabunt rugitus. Quarto ardebit mare et aqua. Quinto herbe et arbores dabunt rorem sanguineum. Sexto ruent edifica xii [Septimo] petre adinvicem collidentur. xiii [Octavio] fiet generalis terre motus. ix [Nono] Equabitur terra. x [decimo] exibunt homines de cavernis suis et ibunt quasi amente nunc poterint mutuo loqui. xi [unodecimo] Surgent ossa mortuorum et stabant supra sepulchrum. xii cadunt stelle. xiii morientur viventes ut cum mortuis resurgent xiii Ardebunt celum et terra. xv. fiet celum novum et terra nova et resurgent omnes. Sic exponitur litteraliter. Sed alio modo potest exponi etiam litteraliter secundum gregorium. Sed melius ad nostram edificationem exponuntur spiritualiter et sic cum dicitur Erunt signa etc. per solem intellegitur christus. Mal. Vobis timentibus deum orientur sol id est per lunam peccatores proverbiorum stultus ut luna mu[tatur]. Perstellas ordo electorum Corinthei xv. Stella a stella differt in ordine suo sic et resurrectio mortuorum. In sole scilicet xo.iii. fuerunt scilicet obscuratio in incarnatione. Apo[calypsis] Sol factus est niger. Stacio in crucifixione. Josue x,[13] Stetit sol in medio celi et non festinavit occumbere spatio unius diei. Retrocessio in resurrectione et ascensione. Ysa xxxiiii[38,8] Reversus est sol x lineis. Quarto glorie manifestatio In iudicio erit tria cicatricum ostensio. Apo[calypsis] i.[7] videbit eum omnis oculus et qui eum pupuge[runt]. Crisos. <356: 9> Quidam putant christi crucem cernendam? esse in celo verius autem ipsum christum habentem in corpore suo testimonium passionis. [4r 356] Item meritorum dicussio. Mal. ultimo [3,3] Sedebit conflans et em[undans] argen[tum] et pur[gabit] fi[lii] levi. Mt. [25,35] Esurivi et dedistis etc. Item operam retributio. Ro. i. Redidit unicuique iuxta opera sua hiis qui secundum propositum boni operis gloriam et honorem et incorruptionem. Nota totum in luna

idest in peccatoribus erunt tria signa. <in margine 343: nota> [36v 343]⁵ Primum est timor de aspectum iudicis. Sapientiae. v.[2] Videntes turbabuntur horrore terribili Tunc dicent montibus Cadice super nos et tolles cooperite nos a facie agni. modo non timent deum. Secundum illud Osee x.[3] deum non timemus et rex quid faciet nobis. Sed tantum vere timebit quando iudicem iratum videbunt. Secundum est dolor penis imminentibus. Psalmus [47,7] Ibi dolores ut parturientis⁶ Dolor creatur ex divisione continui gaudii. sed quis maior dolor quam ab eo in quo vivimus monemur et sumus seperari et dividi. Propter hoc dicit Cris.[sostomus] Ecclesia si in ihehenis quis ponatur nichil tale dicturus sum quale est ab illius amore propelli Tertium est horror de visione demonum. Job iii.15 Cum spiritus me praesente transiret inhor[ruerunt] pili car[nis] m[ae] et x umbra mortis. Nota <in margine 343: exemplum>⁷ in vitas patrum⁸ de fratre infirmato in anglia cui multi apparuerunt demones et in tantum ad eorum aspectum horruit quod extra se factus clamavit graviter et cum ad se redisset dixit. Quod si eset ignis totus ereus accensus usque ad fines dacie⁹ ab illo loco libentius eum transiret quam demones iterato videret. | In stellis idest electis erunt tria signa. Primum est gratiarum actio pro periculis quae evaserunt. Unde dicunt illud in psalmus Benedictus dominus deus israel qui non amo. Secundum est gaudium et letitia pro bonis ad quae venerit Ysaja xxxvi[65,17¹⁰] Ecce ego creo celum novum et terram novam etc. et non erunt in memoria priora scilicet ad dolendum. Sed gau[4v 356]dendum et exultatio in hiis quae creo. Tertium est securitas quod ista nuncquam omissuri sunt. Proverbi iii. Dormies et securus eris quietes et suavis erit sompnus tuus. | Secundo principaliter venientis iudicis insinuat maiestatem. Tunc videbit. | Circa eius adventum tria insinuat. primo temporis incertitudinem tunc statim post hec subditur. Quia cum hec videritis scitote quia prope est in dei non dicit quam prope est. Unde evidentius dicunt illud. Mt. xx.iii. Postquam enim dixerant tunc videbunt adiungitur de die autem illo et hora nemo scit. Cuius rationem redidit ieronimus dicens voluit dominus latere nos horam huius adventus ut sic propter/super vivamus quasi in illa die iudicandi simus. Secundo insinuat christus illud exspectancium multitudinem [37r 343] videbunt pluraliter dicitur quia plures erunt. videbunt siquidem electi reproborum dampnationem ut letentur de dei iusticia. uno psalmo videbunt et leta. Item letabitur iustus cum viderit vindicam. Ysa lv.[/66,24] Egrediemini et videta cadavera eorum qui prevaricati sunt in me. Infra. Erunt usque ad sacietatem visionis omni carni Item videbunt reprobi electos et magis augeatur eorum tristitia Ps. peccator videbit et irascetur dentibus. Item inuisti Sap. v. videntes suppelle[ctilia] iustorum gloriam turbabuntur timore horribili. Item deo ysa. viii.[21] Esuriet et irascetur et

⁵ auf dieser Seiten ist die Unterteilung am Rand durch primum, secundum tertium sowie nota nochmals hervorgehoben.

⁶ Vgl. Thomas, Lectio 1: Ad 1 Thessalonicenses 5, 1-13.

⁷ nur in 356, fehlt in 343.

⁸ 342: fratrū

⁹ 342: anglie!!!

¹⁰ 65 in arab. Zahlen bei 356

maledicet regi suo et deo suo. Videbit ergo peccator et irascetur dentibus suis scilicet et ta. unde Lu. xii.[13,28] Ibi erit fletus et stridor dentium. Cum videritis habraham, ysaac, ja[cob] et omnes prophetas in regno dei vos autem expelli foras. Item videbunt omnes boni et mali filium hominis ut omnibus appareat eius magnificencia. Apo. i.[7] Videbit eum omnis oculus. Tertio insinuat venientis magnitudinem venientem in nube cum potestate magna ubi notandum ad quid veniet **[5r 356]** quia ad retribuendum <add in 356: *singulis*> angelis secundum merita sua quod notatur in eo quod dicitur. In nube in quam est umbra et refrigerium umbra enim tumbrarum erit reprobis et refrigerium electis. Apo. iii.[22,12] Et ego venio cito et merces mea mecum est etc. Que reddidit reprobis et que electis. Vide Ro. ii.[6-9] Reddet unicuique secundum opera suis hiis quidem secundum patenciam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem querentibus vitam eternam hiis autem qui ex contencione et qui non acquiescant veritati credunt autem iniquitati ira et indignacio tribulacio et angustia in omnes animam operant malum et ista possunt dici signa que apparetur in luna et stellis. Secundo nota qualiter veniet quia cum potestate magna acc... i. Hic item qui assumptus est a vobis sic veniet etc. In celum ivit videntibus apostolis astantibus angelis famulantibus nubibus et elevatis maioribus [etc. 356]. Nota in epyphanie die ascensionis. Sic ergo veniet videntibus omnibus Job. homines videbunt eum unusquisque intuebitur procul. Item angelis obsequentibus. Mt. xxviii.[30] videbunt filium hominis ve**[37v 343]**nientem in nube etc. et mittet angelos cum tuba et voce magna et congregabit electos eius a quattuor ventis a summis celorum usque ad terminos eorum. Thessa. x.[4,16] Ipse dominus in iussu et in voce ar[changeli]. Item mediantibus nubibus ut hic. Item elevatis maioribus ad percuciendum reprobos. deu. levabo ad celum manum meam etc. usque reddat ulcio hostibus. Item ad benedicendum electos quibus dicit. Venite benedictis patris mei. | Tercio principaliter rectorum cordibus ingerit iocunditatem cum dicit Respicite Respicite rem quam vix credere voluistis **[5v 356]** Regem quem super omnia dilexistis. Regnum quod super in desiderio habuistis. Elcti autem levabunt capita sua. Sed capita erunt diversa. Job. xl.[7-8] Respicite cunctos superbos et confunde eos et contere impios in loco suo. Absconde eos in palude simul et facies eorum demerge in foveam. Nota quod elam levabit capita sua de innocencia sua eternaliter gloriando. Iob. xi. Si iniquitatem que est in manu tua abstulerea te et non manserit in tabernaculo tuo iniusticia tunc levare poteris faciem tuam absque macula et eris stabilitatis et non timebis. Miserie quoque oblivisteris quasi meridianus fulgor surget tibi ad vesperam. Et cum te consumptam putaberis orieris ut lucifer. Item levabunt vocem deum probeatissima sua visione laudando. Ysa. xxxii.[52,8+10] Levaverunt vocem simul laud[ebunt] et videbunt omnes fines terre sa[lutare] dei nostri. Item levabunt manus gratias agendo psalmus [62,4-5] labia mea laudabunt te Sic benedicam te in vita mea et in nomine tuo le[vabo] manus meas <idest ad gratias agendas nomini

tuo levabo manus meas¹¹. Sed nota quod deprimere poterunt reprobi capita sua propter timorem. Timere enim possunt propter accusancium multitudinem accusabit enim eos dyabolus recitans verbas professionis nostre et obiciens nobis quecumque fecimus et in quo loco et in qua hora peccavimus et quid boni operis tunc facere debuimus. Dicturus ille enim Equissime iudex iudica illum esse meum ob culpam qui [38r 343] tuus esse noluit esse per gratiam tuus per naturam meus est per culpam tuus ob passionem meus ob suasionem equissime iudica illum esse meus et mecum dapanandum esse. Item proprium stelus tunc loquentia eius opera dicent. Tu nos fecisti opera tua sumus non te deseremus [6r 356], sed tecum esse semper¹² erimus et tecum ad iudicium pergemus. Item mundus Gregorius. Si queris quis te accusabit dico totus mundus. Offenso enim creatore omnis offenditur creatura. Secundo propter testium certitudinem habebit enim unum supra se scilicet deum qui nequaquam falli potest. Alium inter se scilicet conscientiam. Tertium iuxta se scilicet angelum proprium. Tercio propter iudicii amaritudinem fient enim in iudicio quinque. Primo omnium operam denudatio Cor. iii. Veniet dominus et illuminabit abscondita te[nebrarum] et manifestabit consilia cordis. Secundo dura obiurgacio Mt. [25.42?] Esurivi et non etc. Inde veniet dominus in milibus sanctis etc. Quarto sententiae prolatio. Mt. xxv. Ite maledicti in ignem. Quinto ne redire valeant paradysi obstructio Lu. xiii.[25] Intraverit paterfamilias et cluserit hostium etc. Lu xvi.[26] Inter nos et vos chaos magnum fir. etc. Hoc significatur in ejectione ade de paradiso. Primo cognoverit se nudos. Secundo dixit adam ubi es. Tertio eiecit. Quarto maledictionem dedit super eos. Quinto paradysi aditum eis obstrusit. | [Lu. 21.28] Sed levate capita vestra qu[oniam] ap[ropinquat] re[demptio] u[estra]. Hec est redemptio de qua dicit Psalmus [110.9] Redemptionem misit dominus p[opulo] s[uo]. [1] Cor. [1.30] factus est nobis sapientia a deo et iusticia et sanctificatio et redempcio. Factus est nobis sapientia in verbo instructionis Iusticia in exemplo sanctissime conversacionis. Sanctificatio in peccatorum remissione et redempcio in sua innocentissima passione. cuius redempcionis participes nos faciat ipse qui pro nobis passus est ihesus christus.

Dominica tercia [=T3] [38r 343/ 6r 356]

Johannes cum audisset in vinculis opera christi. Mt. 11.[2] etc. Querumque¹³ scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. Unde quod in ewangelio praesentis legimus factum nobis signa qui est faciendum. Si enim contigerit nos in peccatorum vinculis incidere priusquam in vinculis

¹¹ fehlt bei 356

¹² 356: semper esse

¹³ 356: quereque?

moriāmur nuntios [38v 343/ 6v 356] debemus ad christum dirigere. Sic fecit beatus iohannes de quo hic dicitur. Johannes cum audisse in vinculis Ubi tria notantur. Primo quid in iohanne intelligitur. Secundo quid per vincula quibus ligatus esse dicitur. Tercio quid per geminum nuncium qui ex parte eius mittitur. | Circa primum nota qui quamvis per iohannem significari possit homo ratione nature homo iustus ratione gratiae que interpretatur in nominis eius interpretatione homo penitens ratione austeritatis vite. cum <peccator>¹⁴ per eum significari potest ratione status quia legitur in vinculis positus esse. | Circa secundum nota quod triplex est vinculum quo ligari solent homines. Unum genus vinculorum est quo ligatur quilibet homo. Hoc est fames, sitis, calor, frigus, labor, dolor et mors quibus deus adam ligavit postquam mandatum praevaricatus fuit. Isti sunt vii¹⁵ funes servicei quibus ligatur fuit samson. Iud. xvi. funes quidem quia ligant servicei quia diu durant per totam videlicet vitam hominis. Sed nota quod ligatus fuit samson funiculis humentibus quod significat ligamentum luxurie. Item funibus nonis quod significat ligamentum superbie. Ipsa enim non vece(r)astit. Sed magis oritur ex <in margine 343 et in textu 356: victoria> viciorum. Item crinibus terre infixis quod significat ligamentum avaricie crines enim signant terrena desideria clavus intencio terrena. Sed cum anima ad illam quietem vitam perveniret. liberata est ab illis vinculis docet illud Psalmus[115,16]. Dirupisti domine vincula mea etc. Tunc enim non erit fames neque sitis. Apo[calypsis 21,4] Neque luctus neque clamor neque dolor erit ultra quae prima etc. [abierunt]. Item xiiii.[13] Amodo iam dicit spiritus ut requiecant a laboribus suis. | Secundum vinculum est quo ligantur penitentes. Eze. iiiii.[8] Ecce circumdedi te vinculis et non te convertes a latere tuo in latus donec compleas dies obsidionis tue. Dies nostre obsidionis sunt [7r 356] omnes dies vite nostre presentis quibus obsidet nos hostis antiquus. Secundum illud eccl. Est civitas parva et pauci in ea viri in mundo vel ecclesia pauci sunt. Viriliter se habentes venit rex magnus idest dyabolus qui est rex super omnes filios super[40r 343: 39 fehlt oder verzählt]bie et obsidet eam. Istis diebus debemus? esse ligati vinculo penitentie que sunt utique vincula dei. Unde signantis dicit. Circumdedi te q. d. Ego ipse ligavi te istis vinculis. Istis diebus non debemus vertere nos delatere in latus. In uno latere dormit penitens quoniam sibi penitentia iniungitur. Sed in aliud latus se convertit cum penitentiam iniunctam abicit. Tales significatur per illum demoniacum qui omnia rupit. Iohannes conqueritur iheremia v.[4] Ego dixi forsitan pauperes sunt et stulti ignorantes viam domini iudicium dei sui. et ecce magis hii simul confregerunt iugum ruperunt vincula. Tertium est vinculum peccatorum de quo ysa v.[18] ve qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis et quasi vinculum plaustri peccatum. Sed illud vinculum in genere triplex est, scilicet concupiscencia carnis. Ecclesiastes vii.[27] Inveni amariorem morte mulierem quae laqueus venatorum est et sagena cor eius vincula sunt manus

¹⁴ in margine 343 et in textu 356

¹⁵ 356: sex

illius. Hec mulier scilicet carnalis concupiscencia comperatur laqueo, sagene et vinculo. laqueo quia faciliter capit. Proverbi xii.[7,21] Inretivit eum multis sermonibus. Sagene quia ex genere omnium hominum trahit. Abacuc i.[15] Totum in hamo sublevavit traxit illud in sagena sua et congregavit in reti suo. Item cupiditas temporalis. daniel iiiii.[20] vinciatur ferro et ere¹⁶ in herbis foris et rore celi conspergatur et cum feris sit pabulum eius. Nabugo¹⁷ significat avarum qui ligatur vinculo fereo scilicet cupiditate acquirendi et avaricia retinendi per herbam terre significantur temporalia, quia sicut herba cito deficiunt. Sap. v.[8-9] Quid [7v 356] nobis profuit superbia aut quid diviciarum iactancia contulit nobis transierunt omnia illa tamquam umbra huius pars est cum feris, quia tales cor ferinum et incompatiens habere solent et frequentius. Tertium vinculum est superbia sine ambicio honoris. Sa[356:p] xvii.[2] Dum persuasum habent iniqui posse dominari nacioni sancte vinculis tenebrarum et longe noctis compediti inclusi sunt¹⁸ tectis fugitivi perpetue providentie [40v 343] iacuerunt¹⁹ et tales vinculis tenebrarum et noctis compedirentur. Istud triplex vinculum significatur per tria ligamenta lazari ligamentum pedum est voluptas carnalis, ligamentum manuum cupiditas temporalis, ligamentum faciei superbia. Hec tria insinuantur ezech. xvi.[49] Hec fuit iniquitas sodome sororis tue. Superbia Ecce faciei sudarium. Saturitas panis Ecce ligamentum pedum. Manum egeno et pauperi non porrigeant. Ecce ligamentum manuum. | Circa tertium nota quod quilibet homo debet habere duplcem nuncium sine geminum scilicet fidem et opus. Hec necessaria sunt ad salutem fidem. Hebraeos. xi.[6] Credere oportet accendentem ad deum, quia dicitur ibidem sine fide impossibile est placere deo. Item opus ubi subpetit facultas temporis dicitur enim ia. ii.[26]²⁰ fides sine operibus mortua est. Duo nuntii quos debet peccator mittere sunt dispicencia? sine dolor de peccato commisso et propositum cavendi de futuro. verba enim penitentia? est. Secundum ambro[sium] praeterita peccata plangeris et plangenda non committere. Item committendi propositum non habere. secundum ysid[or] enim irrigor est et non penitens qui adhuc agit idest agendi propositum habet quod penitet nunc videtur deum poscere subditus sed subsannare superbus, domino nuntii penitentis sunt fletus et oratio. fletus quia deum offenderat, oratio quia deus offendit indulget. Sic fecit iacob de quo Osee xii.[4] flevit et rogavit eum per iacob [8v 356] enim intellegitur verus penitens et idcirco etiam benedictionem consecutus fuit. cuius benedictionis participes nos efficiat iesus christus, Amen.

¹⁶ 356:here

¹⁷ 356: Nabuchnor = Nabuchodonosor = Nebukadnezar?

¹⁸ Vul + 356: sub

¹⁹ 343 gelöscht, aber noch in 356 statt iacuerunt tue

²⁰ 356: iaco ii.

Dominica quarta [=T4] [40v 343/ 8r 356]

Ego vox clamantis in deserto parate viam domini Johannes I,[23; s.a. Mt. 3,3]. In quattuor istarum dominicarum ewangeliis quadruplex exemplum datur nobis scilicet divine veneracionis in ewangelio prime dominice. In populi occursu et laudis acclamatione Exemplum divini timoris in ewangelio secunde dominice in virtutum celestium commotionem Exemplum divini amoris in ewangelio tertie dominice in nuntiorum iohannis missione Exemplum humiliationis in ewangelio praesentis dominice in humili iohannes respcionem [41r 343] cum dicit Ego vox clamantis²¹ ubi tria tanguntur primo iohannis humilitas insinuatur cum dicit Ego vox etc. secundo studium humane salutis in christo commendatur cum dicit²² clamantis in deserto tertio ad viam domini preparandam haec est ad penitentiam ipsius informatur cum dicit parate viam domino insinuatur ergo primo humilitas iohannes cum dicit Ego vox cuius humilitatem nobis tria spiritualiter commendant scilicet vilitas ciborum et indumenti Mt. 3 Ipse autem iohannes habebat vestimentum de pilis carmelorum etc. Item fuga honeris et gloriae saeculi unde lu i dicitur qui erat in locis desertis. item humilis confessio et contricio sui unde cum quereretur an esset christus an elyas an propheta respondit non Et cum quereretur quis esset Ego inquit sum vox clamatis sicut dicit ysordorus libro ethy vii ad commendationem vocis quattuor occurunt scilicet sonoritas, claritas, altitudo et acumen. Ista vox sonora fuit in praedicationem lucas 3. Venit iohannes in omnem regionem iordanis praedicans baptismum penitentie. Item clara innocencia et virginitatis conservationem. Sa. iii. O quam pulchra est casta generatio etc.? circa. Item alta est contemplationem unde Mt xx. comperatur angelo cuius officium est semper contemplari deum et Malachia iii. Ecce mitto angelum meum etc. Item acuta in peccatorum reprehensione Mt. iii.[7+23.33] Genima viperarum quis demonstravit fu[gere] etc. Hec [8v 356] est vox illa quadruplex quam audivit ezechiel. audivit enim vocem rotarum pertinet ad predicationem Unde xxiii dicit predicatori. Ecce ego ponam te quasi plaustrum novum triturans habens rostra serrancia predictor dicit esse potius per superioris institutionem et accusationem quasi plaustra, supponendo proximorum infirmitatem. Nonum per vite honestatem triturans per discretionis maturitatem habens rostra serrancia per increpation*<i>s* austeritatem. Vox aliarum pertinet ad contemplationem unde sub typo mulieris illius Apo xii.[14] dicitur de anima contemplativa: Date sunt mulieri due ale aquile magne. ut volaret in desertum locum suum. Vox [41v 343] sublimis dei pertinet ad inspirationem propositum innocencie et virginitatis conservande, vox commotionis magne pertinet ad increpationem proprii peccatoris | dicit ergo Ego vox secundum pris. Vox est

²¹ 356: in deserto

²² starke Abweichungen zwischen 343 und 356, wo es hier weitergeht: parate viam domini insinuatur ergo primo humilitas iohannis cum dicit ego vox

²³ corr. 343.

aer tenuissimus suspensus a terra per amorem celestium per paupertatem et defectum temporalium rerum. Ictus per decollationis martyrium. Secundo in christo salutis humane studium commendatur cum dicitur. Clamantis in deserto. Clamans ipse est christus desertum est mundus qui dicitur desertum propter horribilitatem sterilitatem et transeundi difficultatem horribilis est utique mundus sicut desertum Nau. Qui viderit te resiliet a te. Et vere horribilis quia sunt in eo monstra multa et bestie multe deut. viii.[11] Observa et cave ne obliviscaris [...] et non reris domino dei tui [Deut. viii.14-15] qui eduxit te de terra egypti et de domo servitutis et ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribilis in qua erat serpens flatu adurens et scorpio et dipsas. Serpens flatu adurens est concupiscencia carnis quae hominem urit²⁴ et inflam[9r 356]mat. Scorpio est hypocrisis et fraudulentia quae simplicitatem simulans in principio in fine pungit et voluerat. Dipsas est siti interficiens est avaricia sine cupiditas quem nichil umquam saciat. Item mundus ad similitudinem deserti est sterilis. Mt. Numquid²⁵ colligunt de spinis unas etc. In isto deserto plantate sunt arbores ille de quibus dicitur in canonica iude [12]. Hii sunt etc. Arbores auctumpnales infructuose vis mortue eradicate per quas intelliguntur mundi amatores. Item ad similitudinem deserti est cum difficultate transsibilis dicitur ysa. xxxiii.[24.17] Formido et fovea et laqueus super te qui habitator es terre ubi ista sunt in via non est facilis transitus. In hoc deserto clamabat jesus populum instruendo dolorem passionis sentiendo et spiritum emittendo. In primo ostendit affectus sui clementiam. Unde io. [vii.37] In die magno festivitatis stabat jesus et clamabat d[icens]: Siquis sitit etc. Mt. xii.## Hec dicens clamavit voce magna dicens Si quis habet aures audiendi audiat. In secundo ostendit [42r 343] vehementiam doloris. Unde Mt. xxviii.## Circa horam nonam exclamavit jesus voce magna. Heli etc. Ut quid dereliquisti me idest quare tam vehementi dolori exposuisti me. thre. [Lamentiones] i.[12] O vos omnes qui transitis per viam at[tendite] et vi[dete] etc. In tercio ostendit vere divinitatis potentiam cum enim nullus posset clamare per naturam nisi qui habet sanguinem sufficientem in corde et spiritum inspirationem impossibile est quod quis exspirans per naturam clamaret. Unde et ce<n>²⁶turio audiens quod sic clamans exspirasset ait. Vere filius dei est iste. Posset etiam dici licet [9v 356] in ewangelio expresse. non habetur quod clamavit deo patri supplicaciones pro peccatis humani generis offerendo precem et hostia. hinc dicitur he[braicos]. v.[7] Qui in diebus carnis sue preces supplicacionesque ad eum qui posset illum a morte salvum facere cum clamore valido et lacrimis offerens exauditus est pro sua reverencia. Ipse est de quo dicitur Sa. viii.[xviii.21?]²⁷ properas homo sine querela depretari pro populo proferens scutum servitutis sue, ora, re, rre. et finem posuit necessarium. | Est autem notandum quod clamari solet ad tria genera hominum scilicet

²⁴ 356: uret

²⁵ 343: nuncquid

²⁶ nur 356.

²⁷ 356: Sap. xviii

surdos dormientes et longe distantes et qui sunt isti nisi pictores. Ipsi enim surdi Ps.[57.4] Alienati sunt peccatores a vulva er[raverunt] etc. usque. Sicut aspidum surde. Ysa.[42.19] quis cecus nisi servus meus et quis surdus nisi ad quos nuntios meos misi. Plurimos nuntios mittit peccatori scilicet infirmitatem. amissionem temporalium. amicorum propinquorum. Item ipsi sunt dormientes unde talibus dicitur Ro. xiii.[11] Hora est iam nos de sompno sur[gere] etc. Nota quod dormiens temporaliter. si per totam noctem dormierit dimidietatem vite sue in oblivione expendit. Sed dormiens finaliter in peccato mortali totam vitam suam idest omnia quecumque in vita sua collegit quantum ad retributionem vite eterne oblivioni tradidit. Item isti sunt longe distantes Ps. longe a peccatoribus salus. Unde de filio prodigo dicitur, quod habuit? abiit in regionem longinquam. Lu. xv. Istis cl^a42v 343 mavit clamans iste in deserto. Clamavit enim surdis ut audirent. Qui habet aures audiendi audiat. Item dormientibus ut ulterius non dormiant. Mt. xiii.[33] Nescitis enim quando tempus est. Item **[10r 356]** distantibus ut redirent Mt. ix.[xi.28] Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. qui laboratis peccando frequenter enim maior est labor in peccato quam in bonis operibus et onerati estis in magnam poenitentiam pro peccatis meruistis et ego non solum honorabo vos sed eciam reficiam vos in. iocunditatem spiritualium in presenti et in eternam in futuro dabo. Tercio principaliter in verbis propositis ad viam domini preparandem populus informatur cum dicitur preparate viam domini vel dirigite. De corde tumorem superbie deponendo. Gregorius. Illam quam non invenit humilem veritas fugit mentem ysa. lxvi[.2] Super quem respiciam nisi super humilem. Item spinas avaricie removendo. Proverbi xv.[19] Iter pigrorum quasi sepes spinarum via iustorum absque offendiculo. Item lutum luxurie per castitatem coporis emendando. Gal. v.[24] Qui christi sunt carnem suam cruciferunt cum viciis et concup[iscientiis]. | Quidam parant viam propriis voluptatibus. Quidam dyabolicis suggestionibus Quidam cupiditatibus mundi Quidam viam domini. via autem domini est penitentia. Ista via paratur quoniam ea quae exiguntur ad veram penitentiam homo comparatur. et Nota hic omnes condiciones confessionis. Hec est via illa arta que dicit ad vitam. Mt. vii.[###] Arta est quidem in ingressu sed latior in progressu. Proverbi iiii.[11] Viam sapientie monstravi tibi, duxi te per semitam iusticie. Hec est via sola a populo dei desiderata. Exo. [iii.18] Ibimus viam trium dierum in solitudinem. via trium dierum est via contritionis, confessionis, satisfactionis. In ista via satisfaciunt <sacrificant²⁸> ipsi penitentes semetipsos. Non enim invenitur deo acceptius sacrificium quam spiritus contribulatus. Hec est via nova ab ef**[10v 356]**fectum quia hominem innovat **[43r 343]** de qua heb. x.[19] habentes fratres fiduciam introitum sanctorum in sanguine christi qui iniciavit nobis viam novam et viventem per velamen idest per carnem suam. Accedamus cum vero corde et conscientia perfecta hanc viam sic dirigere

²⁸ in margine 356.

ut per eam christus ad nos et nos ad eum possimus pervenire nobis concedat enim iesus christus.
Amen.

In die nativitatis domini [T6] [130v 342/43r 343/10v 356]

Transeamus usque ad bethleem et videamus etc. [Lu. ii.15] Augustinus homo factus est ut videret deum. Mundus autem est quasi exilium idcirco isti pastores²⁹/pauperes³⁰ qui typum illorum gerunt³¹ qui mundum fastidiunt et visionem eternam appetunt. dicunt **Transeamus et videamus** quasi dicat transeamus mundum ut³² videamus³³ deum. | Circa primum nota, quod est transitus bonorum et transitus malorum et communiter omnium. Transitus malorum unus est de iusticia ad culpam de quo ecc[lesiasticus]³⁴. xxvi.[27] Qui transgreditur de iusticia ad peccatum deus paravit illum ad rumpheam. Alius de culpa ad culpam. Jeremias iii. De malo ad malum progressi sunt et me dereliquerunt dicit dominus. Tertius a culpa ad penam. Iob xxiiii³⁵.[19] Ab aquis nivium³⁶ trans[eat] ad calorem nimium. Transitus autem bonorum primus est a culpa ad gratiam vel penitenciam. Unde potest illud intelligi. Ecc. [xxix.33] Transi hospes et orna mensam hospes potest dici qui de novo venit de statu culpe ad statum penitencie. In cuius mensam debet esse panis artus et aqua brevis vel talis debet ornare mensam cordis sui. ut etiam ipsi christo per contritionem paret³⁷ dignam refectionem. Secundus est de virtute in virtutem. Ps. [83.8] Etenim benedictionem dabit legislator ibunt de virtute in virtutem. Quando enim dominus dat ei benedictionem gratiae qui est in sta[11r 356]tu penitentie [131r 342] tunc vadit de virtute in virtutem. Tertius est de pena praesentis exilii ad eternam quietem³⁸. Ps. [65.12] Transivimus per ignem et aquam et e[duxisti]³⁹ etc. Iste triplex transitus significatur per triplicem transitum filiorum israel. Quorum primus fuit de egypto per medium maris rubri in desertum. Secundus in deserto de loco ad⁴⁰ locum. Tertius de deserto per iordanem in terram repromissionis⁴¹

<fons romulus stella sol angelus atque puella

²⁹ 343, 356

³⁰ 342

³¹ 356: gerant?

³² 356: et

³³ 356: videre noch enthalten, in 343 aber gestrichen

³⁴ Das Buch Sirach

³⁵ 356: xxiiii; 343: xxviii

³⁶ 343: ninum?

³⁷ 356: parat

³⁸ 342: requiem

³⁹ 342: edux[isti] nos in refri[gerium]

⁴⁰ 342: in

⁴¹ 342: promissionis

demonstravit sacrum natum de virgine praedictum.>⁴²

[43v 343] Egyptus tenebre interpretatur et significat statum peccati qui tenebrosus est. Eze.
v.[Lam. v.16-17] Ve nobis quia peccavimus. Ideo contenebrati sunt dies⁴³ nostri. Mare rubrum significat penitenciae ruborem per quem transitus in desertum idest in statum gratie qui a multis deseritur. Transitus in deserto de loco ad locum significat progressum de virtute in virtutem. Sed sicut legitur de filiis israel in isto transitu occurerunt multa impedimenta. legimus enim de tribus regibus transitum illorum⁴⁴ impedire volentibus. Primus fuit rex edom. Secundus seon rex amorreorum. Tertius og rex basan. Edom sanguineus et significat carnem vel etiam sanguineos qui multis impedimentum praestant in via terre prumissionis. Seon interpretatur ge(r)minatio temptationis et significat mundum qui per ge(r)mationem suam plurimos temptat. Alios de diviciis alias de honoribus et huiusmodi. Og interpretatur congregans et significat dyabolum. Congregat enim in rethibus⁴⁵ temptationem suarum diversa genera hominum. Unde Aba[kuk] dicitur i.[15] Totum in hamo traxit et in sagena sua et in rethi suo congregavit illud. Congregat etiam peccata hominum ut de eis hominem accuset apud deum. Sicut in diversis locis legitur. Unde de beato augustino legitur. Quod cum sederet et legeret transivit ante eum dyabolus⁴⁶ in humeris librum portans qui requisitus quid esset in libro. Respondit quod peccatum hominum. [11v 356] Cui cum augustinus paecepisset ut ostenderet si esset ibi aliquo peccatum suum librum aperuit et nihil de peccatis suis invenit nisi completorium semel dicere omissit. Et paecipiens ei exspectaret ingressus est ecclesiam et supplevit omissum completorium. Adiungens quasdam alias orationes et egressus ad dyabolum. Cum librum aperuisset praedictum peccatum deletum invenit. Quod videres dyabolus iratus dixit. Turpiter me decepisti. penitet me quod librum meum tibi ostendi quia peccatum tuum virtute orationum tuarum delectum est. Tertius transitus filiorum israel est qui fuit de deserto per iordanem in terram promissionis et significat transitum nostrum de presentis mundi deserto per humilitatem. Iordanis enim humilis descensus interpretatur felicitatem et quietem celestis [44r 343] patrie | Transitus communis omnium⁴⁷ est transitus continue mutabilitatis et continue defectionis qua in nobis deficimus. Unde Job. xiii⁴⁸.[16.23] Ecce breves anni transeunt et semitam per quam non revertar ambulo. Item x.[ix.25]⁴⁹ Dies mei velociores fuerunt cursore et non viderunt bonum pertransierunt quasi navis poma portans⁵⁰ sicut aquila volans ad escam. Dicant ergo isti pastores. Transeamus usque bethleem idest ad domum

⁴² in margine inferiore 343 et in margine superiore 356.

⁴³ 342+vulgata: oculi

⁴⁴ 342: eorum

⁴⁵ 356: retibus

⁴⁶ 342: dyabolus formis

⁴⁷ 342: hominum

⁴⁸ 342: (arab.) 16?

⁴⁹ 342: eodem 9

⁵⁰ 342: por[tans] de quibus nihil relinquis nisi odor sicut nec de nobis nisi media fama?

panis idest cordis affectibus ad celestem patriam. ubi pane illo reficiemur de quo Io. vi.[51] Ego sum panis vivus. Secundo hortantur nos ut videamus Transeamus dicunt videamus. Nota plura que debemus videre quod in dominica beati oculi. Sed quantum ad presens videamus hoc verbum idest rem dignam ut de ea fiat verbum. Verbum inquam commendacionis congratulationis et gratiarum accusationis. Unde monet ecclesia hodie in missa Cantate domino canticum novum et significat hoc verbum in quo tanta relucet humilitas. Phi[lipper ii.7] Exinanavit semet ipsum. Tanta caritas io. [iii.16] Sic deus dilexit mundum tanta utilitas. Respondit. Dedit semet ipsum **[12r 356]** pro nobis. Quod fecit dominus et ostendit nobis idest deus pater hoc verbum hodie ut admireremur imitemur et regraciemur. ut miremur patris caritatem. Unde Gregorius. [131v 342] O inestimabilis patris caritas ut servum redi filium tradi ut imitemur ipsius filii humilitem quae hodie apperuit in multis sicut pater in ewangelio [Luc. 2.1] Exiit edictum a cesare. Nota quomodo est pannis involutus in presepio positus etc. Petrus Sequamivi vestigia eius qui peccatum non fecit. Item ut regratiemur propter nostram utilitatem. Hoc est quod tob.[ias 12.6] dicitur. Benedicite deum celi et coram omnibus vi[ventibus]. Sic igitur transire. Sic verbum quod factum est videre ut ad apertam visionem valeamus pervenire nobis concedat verum verbum quod pro nobis caro factum est quod est benedictum in saecula saeculorum. Amen.⁵¹

In die nativitatis domini [T6] [44r 343/ 11v 356]

Quod virgo manens peperit .v. modis ostensum est. Primum per prophetam Ysa. vii.[14] Ecce virgo concipiet. Secundo per **[44v 343]** figuram fuit per virgam aaron quae sive omni ?humano? studio floruit et per portam Eze. que super clausa permansit Tercio per custodiam Joseph enim quod ex eo quod eam custodivit testis sue virginitatis fuit. Quarto per **experientiam** cum enim ut in compilatione bartholomaei. habetur de libro infancie salvatoris sumptum fuisse videtur beate marie tempus instaret Joseph licet deum de virgine nasciturum non dubitaret morem tamen gerens patrie obstetrices vocavit quarum una vocabatur zebel. Altera salome zebel igitur considerans et inquirens et ipsam virginem inveniens exclamavit virginem perepissee⁵², Salome autem dum enim cre**[12v 356]**deret, sed hoc similiter probare vellet continuo aruit manus eius. Iussu tamen angeli sibi apparentis puerum tetigit et continuo sanitatem recepit. Quinto per miraculi evidenciam. Rome enim ut testatur innocencius papa tertius xii annis pax fuit igitur Romani templum pacis pulcherimum construxerunt et ibi statuam romuli posuerunt consulentes igitur appollinem quam diu duraret acceperunt responsum quousque virgo pareret, hoc audientes

⁵¹ 342 setzt anders fort.

⁵² 356: peperisse

dixerunt ergo in eternum durabit. Impossibile enim credebant quod unquam pareret virgo. Unde in foribus templi tytulum hoc scripserit: Templum pacis eternum. Sed in ipsa nocte, qua virgo peperit templum funditus corruit et ibidem modo est ecclesia sancte marie nove vel Eternum antiquum et novum mirabiliter convenerunt in nativitate christi eodem die ad summam missam.

In⁵³ mundo erat et mundus per ipsam factus est et mundus etc. [Jo i.10] Augustinus de civitate dei. Quisquis beneficia dei non vidit c[re]atus est. Quisquis videt et non laudet ingratus est. Quisquis laudanti reluctatur insanus est. Magnum dei beneficium nobis hodie reducitur ad memoriam quod verbo caro factum est et habitavit in nobis unde ut beneficium istud diligenter consideremus et considerando laudemus dicitur in hodierno ewangelio. In mundo erat etc. Ubi nobis tria insinuantur. Primo dignacio divine benignitatis sive humilitatis cum dicitur: In mundo erat. Secundo sin[45r 343]gularis potestatis excellencia vel singularitas potestis ibi. Et mundus per ipsum factus est. Tertio magnitudo humane perversitatis ibi. Et mundus eum non cognovit. Et sic dei benignitas in sui corporali presentia. Singulare potestas in totius mundi efficiencia et humana perversitas in divine agnitionis⁵⁴ negligentia [13r 356] Circa primum nota quod mundus tripliciter dicitur vel accipitur pro regione sublimari cum dicitur In mundo erat. Item pro tota machina mundiali sic accipitur cum dicitur Et mundus⁵⁵ per ipsum factus est. Item pro amatoribus mundi sic accipitur cum dicitur et mundus eum non cognovit, idest noscere⁵⁶ {eum} non curavit. Erat autem christus in mundo tamquam lux ad illuminandum. Jo. xii.[46] Ego lux veni in mundum. Ipse tamquam lux venit in mundum. Sed nos omnes tamquam tenebre, quia in tenebris peccati nascimur propter quod de nobis dicit Apostulus ephe[sos] v.[8] Fuitis aliquam tenebre nec autem lux in domino. De ipso autem dicitur in hodierno ewangelio: Erat lux vera supple ipse christu quae illuminat omnem hominem etc. Secundum Augustinus vel sola naturali intelligentia vel intelligentia simul et gratia vel etc. omnem hominem qui illuminatur. Hec est lux illa de qua ysa ix.[2] populus gentium qui ambulabat in tenebris. lu. iii. Ambulantes in tenebris fuerunt homines in hoc mundo viventes habitantes in regione umbre mortis fuerunt in lymbo existentes ibi enim non fuit vera mors. Sed umbra mortis quia non fuit <ibi>⁵⁷ pena sensibilis sed tantum carencia divine visionis. Item tamquam vita ad vivificandum unde in ewangelio hodierno vocatur vita. vita inquam erat lux hominum. Jo. xiiii.[6] Ego sum via veritas et vita. Hec est vita nos vivificans. Jo x.[10] Ego veni ut vitam habeant et habudantius ha[beant]. ut scilicet habeant primo vitam gratie et tandem vitam glorie. Cum enim christus apparuerit vita nostra ... vos ap. cum ipso in gloria. Apo. Ante chriti corporalem presentiam quasi mortuus fuit mundus. Sed ipso presente per

⁵³ Sermo in 342 beginnt erst hier.

⁵⁴ 342+356: cognitio

⁵⁵ 342 setzt wieder anders fort: *mundus eum non cog....*

⁵⁶ 356: cognoscere

⁵⁷ corr. 343

[56r 343] ibi esse et ihesus qui interpretatur salus quia debet penitens habere spem salutis quam etiam <per>¹²² cayn et iudas non habuerunt frustra penituerunt. Ideo dicitur iude ve eis qui viam cayn abierunt. Item quia non valent duo precedencia sive humitate in bona operatione propter hoc debent adesse [26r 356] discipuli per quos signifacut humilitas in bona operatione. Sunt multa qui bona faciunt sed se exinde extollant. Unde frequenter deus aliquam penam eis infligit ut semetipsos recognoscant. Exemplum de samsone Iudi. xv. Qui cum aliquantulum elevaretur quod mille viros deieisset in mandibula asivi statim afflictus est siti per quem significari potest penitens qui de victoria temptationem se erigit. In terciis nupciis erit etiam maria quae interpretatur domina quia <homo?>¹²³ dominabitur omnibus motibus suis et afflictionibus ab omni servitate corrupcionis in libertatem glorie filiorum dei idest in gloriosam libertatem quam habebunt filii dei. Item ihesus qui interpretatur salus quia in eternum erit salvata. Ysa. li.[8] Salus nostra in eternum erit. Item discipuli quibus christus omnia nota fecit que a patre audivit. Io per quod significatur aperta dei congioio in visione revelata. Cor. xiii.[12] Tunc cognoscam sicut et cognitus sum. Jere xiii. A minimo usque ad maiorem omnes cognoscunt me dicit dominus. In <hiis>¹²⁴ nupciis aqua convertetur in vinum quia omnis presens tristitia ibi commutabur in gaudium. Jo xvi.[22] Nunc quidem tristiciam habetis. Item autem videbo vos etc. et gaudebit cor vestrum ad quod gaudium nos perducat ihesus christus quis est benedictus in s[piritu] s[ancto]. Amen.

¹²¹ in margine inferiore: 343

¹²² corr. 343

¹²³ corr. 343

¹²⁴ corr. 343

Dominica secunda [=T12] [56r 343/ 26r 356]

Cum descendisset¹²⁵ ihesus de monte secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus veniens eum etc. Mt. viii[.1]¹²⁶ In sollempnitate preterita ostenderat nobis deus tria scilicet suam humilitatem in eo quod carnem assumpsit. Caritatem in eo quod hominem perditum ad se trahere voluit. Et suam potestatem in diversis miraculis quae fecit ut stelle creacione. Aque in vinum mutatione et huiusmodi. Primo dignatio divine [26v 356] humilitatis in descensione ibi. [56v 343] Cum descendisset ihesus de monte Secundo affectio caritatis in attractione turbarum. Secute sunt eum turbe multe. Tercio excellencia¹²⁷ potestatis in leprosi curatione. Et ecce leprosus veniens ado. eum. Circa primum nota quod ista descensio est dei humilitatio ad assumptionem humane nature de qua Psalter.[143.5] Inclina celos tuos et descende de quo descensu sub figura dicitur. Apo. x.[1] Vidi angelum fortem descendantem de celo amictum nube et yris erat in capite eius. Angelus iste christus est propter suam sapientiam. Ysa. ix. Magni consilii angelus. Secundum aliam translationem fortis propter insuperabilem personam. Job [ix.19] Si fortitudo queretur robus[tissimus] est. Iste angelus descendit quando terris hominibus visibilis apparuit. Amictus est nube dicitur que ex aqua generatur quae luti est paruia quia carne indutus fuit de virgine maria assumpta quam corporalem humilitationem totam illuminaverat sapientia divina. yris quod est signum reconciliationis in capite eius erat quia deum hominibus reconciliare venerat. libellum apertum in manu habuit. quia quid credendum quid sperandum quid faciendum quid fugiendum et docuit et fecit. Istum descensum tria requirebant scilicet dei clementia. hominis miseria et dyaboli sevitia. Exo iii.[7-8] Videns vidi Ecce respectus divine clemencie. Afflictionem populi mei qui est in egypto. Ecce magnitudo humane miserie propter duriciam eorum qui praesunt etc. Ecce immanitas crudelitatis dyabolice. Et descendit liberare eos. Iste descensus fuit ad nostram illuminationem. Apo. xiiii. Vidi alium angelum descendantem de celo habentem potestatem magnam et terra illuminata est a gloria eius. Idcirco dicit ipse Jo. xii. Ego [27r 356] lux veni in mundum. Item ad nostram sanctificationem. Eph. x. Christus dilexit ecclesiam suam et tradidit seipsum pro ea ut eam sanctificaret. Item ad nostram liberationem. Item ad paterne voluntatis impletionem. Jo. v. Desendi de celo non ut faciam voluntatem meam. sed voluntatem eius qui mi[serit] me. Item ad nostram consolationem. quod bene signatur Dan. iii. Ubi dicitur quod angelus domini [57r 343] id est christus descendit cum azaria et sociis eius in fornace angelus iste est christus fornax ardens est tribulacio et vehemens temptatione. Tres pueri nos sumus qui vexavimur cotidie tribulatione vel temptatione triplici scilicet hostis. carnis. mundi. Angelus de

¹²⁵ 343: descendisset

¹²⁶ ab monte nicht in 356.

¹²⁷ 343, 356 excellenciam?

fornate flammam excussit et medium fornatem quasi ventum roris flantem facit quoniam presentem tribulacionem convertit in consolacionem. | Secundo tangitur affectio caritatis in turbarum attractione cum dicit. Secute sunt eum turbe multe. Osee xii[xi.4¹²⁸]. In funiculis adam traham eos in vinculis caritatis idest ea caritate qua adam formavi et ad penitentiam pro vocavi. Signanter dicit Secute sunt eum tur. non luxuriam sicut dicit proverbi vii.[22] Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam et quasi agnus lasciviens et ignorans quam¹²⁹ ad vincula stultus trahitur. Item non avaritiam sicut illi de quibus dicitur Jere viii. A minimo usque ad magnum omnes avaritiam secuntur. Item non superbiam sicut illi de quibus dicitur Osee. xii.[1] Effraim pascit ventum et sequitur [a]testus. Sed ipse christus merito sequendus est quia ipse est via producens. Jo. ix.[xiv.6] Ego sum via veritas et vita. Item ductor <*ductus?*¹³⁰> ab omni impugnatione custodiens. Deut. xxxiii [Exodus xiii.20]. Ecce ego mitto angelum meum qui praecedet te et custodiat¹³¹ semper in via et introducit in locum quem paravi. Item lux illuminans. Jo. xiiii.[viii.12] Ego lux mundi qui sequitur me non ambulat **[27v 356]** in te.[nebris] sed habebit lumen vite sed. Sed ab ista secucione plurima impediunt scilicet carnalis affectio. Mundana sollicitudo et terrenorum possessio. Quod bene significatur per hoc quod tres in ewangelio vocavit ut eum seuererentur. quorum primus dixit. Domine permitte me primum sepelire patrem meum. Lu ix. Hunc impedivit carnalis affectio. Alius dixit Domine permitte me primum renuntiare illis que domi sunt. Lu. x. Hunc impedivit mundana sollicitudo. Tertius abiit tristis Erat enim multas habens possessiones. Lu. ix. Habent impedivit terrenorum possessio. Istud etiam insinuatur. in parabola hominis cenam **[57v 343]** magnam facientis. ibi impediti sunt venire. uxorem ducens. probans boves et villam emens. versus. Uxor villa boves cenam clausere vocatis. Mundus cura caro celum clausere renatis.¹³² Tercio ostenditur hic in christo excellencia potestatis et hoc in leprosi curacione. Ecce leprosus veniens. Iste leprosus peccatorum significat et spiritualiter laborantem vicio peccati carnalis. lepra enim totum corpus deformat. Cor.[inthos] Omne peccatum quodcumque fecerit homo exempla corpus est qui autem fornitar in corpus suum peccat. Unde mulieres que se huiusmodi vicio exponunt. valde turpes sunt et colorem suum ammittunt. Item Ratione caloris morbi illius qui ipsam substantiam corporis consumit et vastat. Proverbi xxx[16] Ignis nuncquam dicit sufficit. Unde Lu xv. De filio prodigo dicitur Quod dissipavit totam substantiam suam vivendo luxuriose. Item Appropinquantes inficit et contaminat. Ecc. xiii. Qui tetigerit picem inquinabur ab ea **[28r 356]** et Item. Qui ingreditur ad uxorem proximi sui non erit mundus cum tetigerit eam. Tanguntur autem iiiiор hic condiciones notabiliter que requiruntur in peccatore penitente. Prima est fidei professio. Heb.[xi.6] Oportet

¹²⁸ in 356 verbessert

¹²⁹ Vulgata: quod

¹³⁰ kaum lesbar

¹³¹ 343: custodiat

¹³² Zitat aus der Vers-Enzyklopädie „Peri ton anthropon“

accidentem ad deum credere. Secunda est humilis subiectio. unde dicitur quod adorabat eum et lu. v.[12] dicitur. Ecce vir plenus lepra et procidens in faciem suam ro.[gavit] eum di.[cens]. Domine si vis potes me mundare et Pe[trus I] vl?[v.6] humiliamini sub potenti manu dei ut vos exaltat in tempore visitacionis sue. Tertia immundicie proprie et divine potencie confessio. Domine si vis potes me mundare quod confiteri debeat propriam immundiciam. dicitur Proverbi xxxiii[.13] Qui abscondit scelera sua non dirigetur. qui autem confessus fuerit et reliquerit ea misericordiam consequetur. Quarta est divine benivolentie humili imploratio unde dicitur. Si vis ecc. xvii[.21-22] Converttere ad dominum et relinque peccata tua. praecare ante faciem dei et minue offendicula. Tangitur autem excellencia potestatis christi in hoc quod leprosum sic venientem et humiliter deprecantem extendendo manum suam sana[58r 343]vit. unde et subditur. Et extendens manum tetigit e. d. unde iiior insinuat ewangelista scilicet largitatem divine misericordiae cum dicit Extendit manum suam. legimus dominum extendisse manum ad lardiendum multipliciter beneficium. Proverbi vi[.xxxii.20] Manum suam aparuit inopi et palmam suam extendit ad pauperem. Item ad sustinendum crucis supplicium Ysa.[lxv¹³³.2] Tota die expandi manus meas ad populum incredulum qui graditur via non bona. In qua extensione insinuatur quod est paratus ad suscipiendum peccatorem revertentem quod etiam sacerdos insinuat in altari qui typum gerit christi. Item ad revocandum peccatorem aversum. Proverbi. i¹³⁴.24] Vocavi et renuistis extendi manum meam et non aspexisti¹³⁵. Item ad sanandum egrotum ut hic dicitur. [28v 356] Secundo insinuat inspirationem gratie cum dicit. Tetigit eum d. Tunc deus cor hominis tangit. quoniam gratiam ei infundit. Ysa vi[.7] Ecce tetigi labia tua hoc idest calculo ignito. per quem significatur gratia ut auferatur. iniquitas tua. et peccatum tuum mundabitur. Ad tactum igitur christi legimus cecum illuminatum unde Mt¹³⁶. ix[27-29] dicitur Quod secuti sunt eum duo ceci. clamantes et dicentes Miserere nostri fili david. Et post ea dicitur quod tetigit oculis eorum dicens. secundum fidem vestram fiet vobis. Et aparti sunt oculi eorum. Item mutum curatum. Ma¹³⁷. vii.[33] Misit digitum suum in auriculam eius et expuens te[tigit] linguam eius et infra [Ma. vii.35] Et solutum est vinculum lingue eius et loquebatur recte. Item mortuum sustitatem. Mt. xvii.[7]¹³⁸ accessit et tetigit loculum etc. et resedit qui erat mortuus. Item leprosum mundatum ut hic. Hec omnia spiritualiter agit tactus divine gratie. Ipsa enim illuminat ad veri cognitionem. linguam soluit ad rectam locutionem. Mortuum suscitat vitam spiritualem restituendo et lepram mundat immundiciam male consuetudinis removendo. Tertio insinuat in christo desiderium humane salutis cum dicit. volo thi ii. Qui vult omnes homines

¹³³ 356 in margine

¹³⁴ 356 in margine

¹³⁵ corr. in 356: fuit qui asperceret? = *Vulgata*

¹³⁶ 343 und 356: Ma.

¹³⁷ 343 und 356: Mt.

¹³⁸ auch Lu. vii.14ff.??

saluos fieri. quod desiderium ostenditur. [58v 343] ex multiplici adiutorio quod homini contulit dedit mundum ad serviendum. Scripturam ad instruendum et angelum ad custodiendum. Item ex multiplici penalitate quam homine sustinuit. Cor. viii. Scitis gratiam deum nostri ihesum christi qui cum dives esset pro nobis eger factus est. Item ex maximo praemio quod pro salute hominis impendit. Ecc. xxix. Gratiam fideiussoris tui ne obliviscaris. Dedit enim pro te animam suam. Quarto insinuat remissione [29r 356] culpe cum dicit. Mundare idest sis mundus. Lepram invenimus multipliciter mundatam scilicet reclusione ut patet levi. xxiii<corr 356: xii.> Qui ad arbitrium sacerdotis recludi debuit vii. diebus in quo significatur actus peccati cohibitio quae cohiberi debet. vii diebus in toto tempore vite presentis quod decurrit sub septenario. Item seperatione ut patet de maria sorore moysi. Nu. xii. de qua dicitur. separetur vii diebus extra castra et postea revocabitur. In quo signatur prave societatis¹³⁹ relictio. Item ablutione ut patet de naaman. R. v. cui dictum est lavare sepcies in iordane in quo significatur lacrimarum effusio. Item ostensione ut patet de x. leprosis. Lu. xvii. Qui beatus dictum est. Ite ostendite vos sacerdotibus. In quo significatur aparte et indissimulata confessio. Item tactu ut hic in quo significatur gratie collatio cuius participes nos efficiat ihesus christus qui est benedictus.

Dominica tertia [=T13] [58v 343/ 29r 356]

[Mt. viii.24] **Ecce motus magnus factus est** in mari ita ut navicula operiretur magnis fluctibus. Sicut dicit Ps. [134.6]¹⁴⁰ Omnia quecumque voluit fecit. Divinitatis enim sue potentiam ostendit in celo novam stellam creando in sua nativitate et solem obscurando in sua passione. In terra quando ipso moriente terra mota est. petre scisse sunt. et monumenta aperta sunt. In mari quoniam non solum ipse sed etiam beatus petrus supra mare ambulavit siccis pedibus et hic quoniam facta commocione in mari surgens imperavit ventis et mari. Orta est hec tempestas secundum glosam non a natura. sed ex ordinatione ipsius [59r 343] saluatoris ut videntes discipuli timerent. timentes ipsum invocarent et ipse invocatus ad confirmationem fidei ipsorum divinitatis sue potentiam ostenderet. Et hoc est [29v 356] quod dicit Ewangelium Ecce motus magnus etc. Ubi notanda sunt tria. Primo quid per hoc mare intelligitur. Secundo quid per naviculum que fluctibus opiri dicitur. Tertio quid per motum qui in mari oritur. | Circa primum notandum quod per mare mundus intelligitur. propter tria scilicet propter continuam inquietudinem unde eccl.¹⁴¹ de homine dicitur adhuc in mundo existente. Cuncti dies eius doloribus et erumpnis pleni sunt. nec per noctem quiescit mens eius. Hoc est quod dicit dominus Jo. In mundo praessuram

¹³⁹ 343: societas

¹⁴⁰ In margine 356: 113

¹⁴¹ Vgl. LOTHARII CARDINALIS (INNOCENTII III), *De miseria humane conditionis*

habebitis scilicet sapientes. Nulla res extra locum suum naturaliter quiescit. ut patet de igne existente deorsum et terra sursum et de peregrino existente super terram suam. potest poni exemplum locus noster ad quem facti sumus celum est et ideo quies nobis hic esse non potest. Secundum Augustinum librum confess. Fecisti nos domine ad te et inquietum est cor meum donec quiescat in te. propter hoc dicitur mich. ii. Surgite ite quia non habetis hic requiem. Item propter periculorum multitudinem de quibus gregorius Navigantibus nobis etc. Pro cella tempestatis est nimia prosperitas vel adversitas. fluctus est carnalis. voluptas pirata crudelis adversaria potestas. Item propter eventum similitudinem. Sicut enim crescente luna mare intumescit et deficiente in se redit et humilior efficitur. Exemplum de filio prodigo. lu. xv. Sicut etiam in mari piscis minorem devorat sic etiam in mundo. aba. i.[13-14] Quare [non] respicis super inique agentes et taces devorante impio iustiorem se et facies hominis quasi piscis maris. Legitur de quodam pirata adducto coram alexandro magno quod cum interrogaretur ab eo quid voluit in mari. respondit Quid tu in mundo. Sed quia tu in classe magna vadis **[30r 356]** Idcirco tu imperator diceris. Ego autem pirata quia in parua navi. Circa **[59v 343]** secundum nota quod per navem intelligi potest vita humana quae arca est in ingressu et egressu. Paulus. [1. Tim 6.7] Nichil intulimus in hunc mundum haut¹⁴² dubium quia nec auferre quid possumus. Gubernaculum huius navis debet esse sapientia. Remi praecepta velum amor dei funes tribulationes. hauritorum confessio. Item sancta ecclesia quae in sui principio magnam persecucionem passa fuit et in fine pacietur. Ma.[tthäus] xxixii.[21] Erit tunc tribulatio magna qualiter non fuit ab inicio mundi usque modo nec fiat. Item penitenita de qua. lu. ix. Et idcirco non oportuit eos timere de periculis. Illi sine christo in navi sunt qui in statu mortali penitentiam faciunt et isti ne forte subinergantur timere possunt. potest nihilominus dici quod per navem intelligitur beatam virgo maria uno modo. Proverbi vi.[31.14] Facta est quasi navis institoris delonge portans panem suum idest christum qui venit accipere tristiciam et dare consolacionem. Accipere paupertatem et dare regnum. Accipere contumeliam et dare gloriam. Ista navis delonge portavit panem suum quia per suam humilitatem christus qui verus est panis de celo ad terram attraxit. in qua navi dormivit. quia ix mensibus in eius utero quievit. Tunc autem excitatus est quando est de ipsa natus. Et tantum tranquillitatem fecit. quia tunc in universo mundo pax fuit. Aliomodo per navem significatur crux dominica. Sa.[pientia] ix.[xiv.5] Exiguo ligno credunt homines animas suas. haec navis arca fuit in parte anteriori. quia non habuit ibi ubi capud suum inclinaret. Et in parte posteriori. quia in cruce pedem supra pedem posuit. hanc navem in parasceve ascendit et dormitione mortis in ea dor**[30v 356]** mivit quod significabat ionas idest qui descendit ad interiora navis et dormiuit sopore generi. | Circa tertium principale nota quod per motum magnum in mari factum uno modo potest intelligi quadruplex temptatio. de. qua dicit beatus Supra Qui

¹⁴² 356: hanc?

habitat Quod quedam gravis est et manifesta quedam et occulta [60r 343] Quedam leuis est et manifesta quaevis leuis et occulta. Nota timebis a timore nocturno. Ecce leuis et occulta. [Ps. 90.6] A sagitta volante in die. Ecce leuis et manifesta. A negocio perambulante in tenebris. Ecce gravis et occulta. Ab incursu et demonio me. Ecce gravis et manifesta. Item alio modo potest intelligi quadruplex persecutio contra ecclesiam scilicet iudeorum. paganorum. hereticorum et falsorum christianorum. Iudeorum ut in primitiva ecclesia quando apostoli publice flagellabantur. Et flagellati nunciabantur. ne amplius loquerentur. de nomine ihesu. auct. v. Item paganorum ut tempore diocleciani et maximiani quando infra xxx annos xx.ii. milia martyrium¹⁴³ coronati sunt in diversis regionibus. hereticorum ut tempore arriani heresis. falsorum christianorum ut fit cotidie de quibus dicit potest illud can. Filii matris mee pugnaverunt contra me. Tertio modo per motum magnum intelligi potest quadruplex malicia et inordinatio surgens de iiiior generibus hominum in mundo scilicet de personis ecclesiasticis. de quibus surgit pravum exemplum per quod commonentur ad scandalum. Mal.[eachi] ii.[8] vos recessistis a via et scandalizastis plurimos in lege. Item de curialibus et principibus terrarum de quibus surgit contemptus dei et persecutio ecclesiae et ecclesiasticarum personarum. Sed frequenter solet talibus [31r 356] male accidere. Legitur in gestis imperatorum quod karolus martello qui <fuit>¹⁴⁴ filius papiri principis francorum. Cum sibi multa bella instarent iussit spoliari ecclesias et dedit mulieribus decimas propter quod Eustatius sanctus episcopus aurelianum postea animam eius vidit in inferno et cum apud sanctum dyonisium esset sepultus nichil de corpore eius post aliquantum tempus inventum est nisi unus magnus serpens. Legitur etiam de pompeio¹⁴⁵ quod propter irreverenciam quam fecit deo equos suos stabulando in templo domini ubicunque postea pugnavit. perdidit victoram. Item de mercatoribus de quibus fraus et dolus ex quorum [60v 343] persona dicitur Amic.[?Amos] viii.[5-6]¹⁴⁶ Minuamus mensuram et augeamus siculum et supponamus stateras dolosas ut possideamus argento egenos. Sed notabile est valde quod sequitur. Iuravit dominus in superbia iacob si usque in finem obliviscar omnia opera eorum. Item de rusticis et hominibus popularibus de quibus surgit invidia et mutua accusatio et ista pestis est gravior omnibus aliis. unde legitur de diocleciano qui de rustico factus est imperator. quod gravissimus fuit ecclesiae et crudelissimus. Isti sunt iiiior venti quos vidit propheta pugnantes in medio maris magni. Dan vii. Quid ergo inter tot commotiones faciendum est nobis utique ad solent naute facere quoniam periculosum inuminet. Ipsi enim exonerant navem. velum deponunt et ancoram figunt et sanctorum patrocinium invocant. unde et hic dicitur. de discipulis quod accesserunt et suscitaverunt ihesum dicentes. Domine salua nos perimus. Sic et nos exemplo apostolorum

¹⁴³ 343: mrm; 356: m^artyru

¹⁴⁴ in margine 343

¹⁴⁵ 356: pomperio [sic!?

¹⁴⁶ Vgl. Augustinus, Speculum de scriptura sacra (PL 34), Sp. 929.

debemus per fidem accedere. ihesum suscitare per assiduam orationem et periculum nostrum cogitare dicentes. Domine salua nos¹⁴⁷ hoc est quod hodie facit ecclesia tota dicens [31v 356] Deus qui nos in tantis periculis conscit[utos?] etc. et infra te adiuvante vincamus quod nobis praesentare/patrare.

Dominica septuagesime [=T16] [60v 343/ 31v 356]

Simile est regnum celorum homini patrifamilias qui exiit primo mane conducere operarios in vi[neis] scilicet Mt. xx.[1] Quanta circa humane salutis studium deus impendit diligenciam patet ex praesentis ewangelii verbis et parabolis in qua paterfamilias primo mane hora tertia. sexa. nona. et etiam circa xi^{am} horam exiit ad conducendum operarios. qui laborant in vinea. ubi tria nobis ewangelica insinuat. Primo sollicitudinem patrisfamilias circa vinee promotionem cum dicit Simile est regnum celorum homini qui exiit primo ma[nal] etc. Secundo conductionem operariorum ad laborandum in venea cum dicit Conventione autem facta etc. Tertio laborantium remunerationem cum dicit voca operarios [61r 343] et redde illis mercedem suam. Circa primu nota quod iste paterfamilias est deus pater omnipotens qui ad modum patrisfamilias boni familiam suam prudenter disponit et regit. habundantis pascit affabilis est domesticis et denegat petitionem uxoris. de illo Sa. xii.[18] Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas et cum magna reverentia disponis nos. De secundo Ps.[144.16] Aperis tu manum tuam et in etc. Idem [Ps. 144.15?] Qui dat iumentis escam ipsorum etc. Act[a Apostolorum] xiii[i.16] Dat de celo pluviam et tempora fructifera implens cibo et leticia corda nostra. De tertio Ps. [85/86.8] Tu domine suavis et mitis etc. simile. Jo. ii. De quarto Mt. xiiii<i>[18.19] Si duo ex vobis consenserint de quantumque re super terram quamcumque petierint. fiet illis ex patre meo qui in celis est. Jo. xv[i.23] Si quid petieritis patrem in nominem meo dabit vobis. Item paterfamilias exiit diversis horis. hora prima fuit qunado formavit adam et conduxit. [32r 356] Tertia quando noe. Sexta quando abraham cum suis. Nona quando moysen cum filiis isreal. undecima quando apparuit in carne visibili de quo exitu dicitur. circa undecima vero hora ubi ponitur adversatam coniunctio quasi diceret respectum istius omnes alii quasi nullius fuerunt reputationis. Hora enim prima potest designare puericiam in qua vocavit deus beatum nicholaum et beatum dominicum etc. Tercia adolescencia quando vocavit beatum benedictum. hora sexta in iuventute quando vocavit sanctum franciscum. Hora nona in senectute quando vocavit sanctum guthlanum qui fuit famosus latro mox ut puer ostendit ei capillum canum de capite eius. Iam non est huius etatis

¹⁴⁷ Dieser Teil von „Sic et nos...domine salua nos“ fehlt in 356; dort setzt nach *perimus* folgendermaßen ein: *hoc est quod bodie facit ecclesia cogitare dicentes Domine salua nos.*

intendere furtis. Hora undecima horam mortis. Ultimam quando vocavit latronem. Omnibus istis horis vocat nos paterfamilias. Sed quia nos sumus in quos fines seculorum devenerari? cor. x. Ideo dicitur. Jo iii.[ii.18] Filioli novissima hora est. Secundo tangit operarorum conductionem¹⁴⁸ in vinea laborantium cum dicit. Conventione autem facta. Significanter dicit vineam suam quia est alia vinea dyaboli. deu. xxxii.[32] [61v 343] de vinea sodomorum vinea eorum. viri sodomorum pessimi erant et peccatores coram domino nimis. ge. xix. quales vices de ista vinea propagantur ostenditur. Eze. xvi.[49] Hec fuit iniquitas sodome sororis tue superbia. saturitas panis et habundancia et otium eius et filiarum ipsius et manum egeno e pauperi non porrigebant. <prima vinea domini>¹⁴⁹ Sed vinea domini triplex est scilicet sancta ecclesia de qua mt. xxi.[23]¹⁵⁰ Homo quidam plantavit vineam et sepem circumdedit ei et fudit in ea to<r>cular¹⁵¹ et turrium edificavit in medio eius. Homo iste est christi vinea ecclesia. sepes custodia angelorum. Ysa <lxii>¹⁵²[.6] Super muros tuos iherusalem constitui custodes. Torcular est crux dominica. Turris est beata virgo **[32v 356]** de qua dicitur ad beatam ecclesiam <mariam>¹⁵³ <Sap. iii.>¹⁵⁴ Sicut turris david collum tuum. Collum medium est inter caput et corpus Sic beata maria media¹⁵⁵ est inter deum et nos per quam defertur nobis gratia. Istam vineam deus plantavit. Je ii.[21] Ego plantavi te vineam electam omne semen verum. Vinea electam dicitur ecclesia quia per omnibus sectis mundi probabilior et rationabilior est secta christiana. Predicator fudit et purgat. unde ei dicitur. Eze. viii.[8] Fili hominis fode parietem idest peccatorum congeriem et post. [Infra] Et cum perfodissem parietem aperuit hostium unum et [Eze. viii.10] ingressus vidi et ecce omnis similitudo reptilium et animalium abominationis et universa ydola dominus israel. depicta erant in pariete in circuitu per totum. In reptili significatur peccatum cupiditis et avaricie. In animalium abominatione peccatum carnis et luxurie. In ydolis peccatum ypocrisis et superbie. Sed angelus vindem<i>¹⁵⁶ at Apo x.¹⁵⁷ Misit angelus <falcem>¹⁵⁸ suam in terram et vindemiavit botros vinee terre. Item vinea est congregatio religiosa. Unde Psalmus [79.9] Vineam de egypto transtulisti idest de mundi tumbris. Can vii[viii.11] vinea fuit pacifico in ea quae <habet>¹⁵⁹ populos tradidit eam custodibus vir affert pro fructu eius mille argenteos. vinea ista religio est que pacifici dicitur idest salomonis scilicet christi. Qui habet **[62r 343]** populos homines scilicet diversarum

¹⁴⁸ in margine 343, 356: secundum; 343: ile..n

¹⁴⁹ in margine 343

¹⁵⁰ 356 setzt mit folgendem fort: In ea torcular et tirrium edificavit in medio eius...

¹⁵¹ corr 343

¹⁵² in margine 343

¹⁵³ corr. 356

¹⁵⁴ in margine 343

¹⁵⁵ 343: madia

¹⁵⁶ corr. 343

¹⁵⁷ Korrigiert in 343 von ix zu x.

¹⁵⁸ in margine corr. 343

¹⁵⁹ in margine 343

conditionem. hec tradita est custodibus idest praelatis vir iste qui viriliter in ea se habet afferit de fructu eius idest pro eo quod fructuose facit. Mille argenteos idest laudere perfectam per millenarium enim perfecto per argentum autem solus laudum significatur Item¹⁶⁰ vinea est conscientia de qua multi conquerendo dicere possunt idest can. i.[5] posuerunt me custodem in vineis. vineam meam non custodivi. Ista vinea fodienda est per proprii status considerationem ut scilicet homo dili[33r 356]genter considerat in qua misero statuerat quoniam peccato serviebat et quem honorem sibi deus fecerat. quod eum ad similitudinem suam creare volebat. Unde hoc non considerantes redarguntur. Baruc. iii.[10] Quid est israel quod in terra inimicorum es etc. In terra nostra sumus cum status proprii et creatoris memores sumus. Sed in terra aliena cum oblivioni tradimus In terra <autem>¹⁶¹ aliena inveterascit homo cum in peccati consuetudine¹⁶² trahitur cum mortuis coinquinatur cum in actu peccata delectatur.¹⁶³ Deputatur cum hiis qui in inferno sunt cum propter peccati magnitudinem cadit in desperationem. Item fumanda per peccatorum fecentem recordationem. sic fecit ille lu.[xiii.8] Domine dimitte eam etiam hoc anno usque dum fodiam et mittam stercora circa eam. Primus annus est puericia quando homo facit bonum sed nescit. Secundus est inventus quando concupiscencia victus bonum facere aut non vult autem negligit. Tertius est senectus quando facit bonum sed vix sufficit. Quartus vite extremitas in qua si fructuosam penitentiam non fecerit succisionem eterne damnationis sustinebit. lu. iii.[9]¹⁶⁴ Omnis arbor quae non facit fructum excidetur et in ignem mittitur. Hec est quod sub figura vitis dicitur. Eze. xv¹⁶⁵.[2-4] Quid fiet ligno vitis ex omnibus lignis nemorum quae sunt inter omnia ligna silvarum. nuncquid tolletur ex ea lignum ut fiat opus aut fabricabitur. ex ea paxillus ut dependeat in eo quocumque vas. Ecce igni datum in escam utramque partem eius consumit ignis et medietas eius redacta est in favillam. vitis infructuosa est peccatum cuius utraque pars est anima et corpus. Medietas eius. [62v 343] est vita praesens que in favillam redigetur quia memoria vite praesentis oblivioni tradetur. Iob. xiii.[12] Memoria vestra comparabitur cineri et rediguntur in lutum cervites vestre. Sa. ii.[4] Nomen vestram [33v 356] oblivionem accipiet per tempus et nemo memoriam habebit operam nostrorum. umbre enim transitus¹⁶⁶ est tempus nostrum et non reversio finis nostri. Item est purganda per confessionem [Epistula] Ioh[annes]¹⁶⁷ i.[9] Si confiteamur peccata nostra fidelis et iustus est ut remittat nobis peccata nostra et mundet nos ab omni iniquitate. Notabile est autem quod in vere praeciduntur ramusculi. in

¹⁶⁰ in margine 343: etiam?, secunda; 356: sonos [vllt. als Korrektur von solus?]

¹⁶¹ corr. 343

¹⁶² corr. 343

¹⁶³ in margine 343: <Inveterasci in terra aliena cum qui natus es cum mortus deputatus es cum descentibus in infirmum dereliquisti fontentis sapientie>

¹⁶⁴ auch Mt. iii.10

¹⁶⁵ in margine corr. 356: von x auf 15

¹⁶⁶ in margine 343: Item praedicta

¹⁶⁷ in MSS. Iob.

autumpno vero folia tollentur ne maturitatem impedian. sic in principio xlme confitenda sunt peccata gravia circa pascha vero levia que interim contigerunt. Item est paxillanda ad scipitem idest christum ligando cum vinculo praeceptorum dei et proximi. Sed proverbi xxiiii.[30-31] dicitur. per agrum hominis pigri transivi et per vineam hominis stulti et ecce totum repleverant urtice operuerant superficiem eius spine et maceria lapidum destructa erat <disciplina stabilium cogitationem delecta est¹⁶⁸. Per Urticas cogitationes voluptuose per spinas affectiones cupide intelliguntur. | Tertio¹⁶⁹ tangit in vinea laborantium remunerationem ibi voca operarios etc. Merces ista denarius est. Sic dicit ewangelica. Cum autem venisset etc. Acceperunt et ipsi singulos denarios. Denarius iste uno modo significat christum primo¹⁷⁰ quia ut denari us praetium fiat istos multos sustinet et tuniones. Sic et ipse Ysa. 1.[6] Corpus meum dedi percipientibus et genas meas vellentibus faciem meam non averti ab increpan[tibus] et conspuentibus in me. Idem lxiii[.5] Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras. Attritus est propter scelera nostra ut videlicet praetium efficeretur. quo humanum genus redimeretur. Secundo¹⁷¹ quia denarius ymaginem solet habere et ipse est splendor glorie et figura substantiae patris ut dicitur heb. i. et sap. vii¹⁷²[.26] Candor est lucis eterne et speculum sine macula dei maiestatis et ym[34r 356]ago bonitatis illius. Tertio¹⁷³ quia denarius de quo dicitur hic x nummos usuales valuit et christus non solum ita bonus est ut ix. angelorum ordines et tota natura humana. Sed adhuc melior est et [63r 343] praecisior. In cuius rei figura dicitur helchane {quod} interpretatur dei zelus vel dei possesio. Re.[=1. Samuel] i[.8] Numquid non melior sum tibi quam decem filii. Item alio modo denarius iste significat eternam beatitudinem. triplici ratione scilicet ratione figura circulare in quo significatur beatitudo eternitatis. sicut in circulo non est invenire finem. Augustinus liber vl. de civitate dei¹⁷⁴ ibi vacabimus etc. et infra. quid erit in fine sine fine. Nam quis est alius noster finis nisi pervenire illuc. ubi nullus est finis. Item ratione inspcionis in quo significatur christi conformitas [1] Jo. i[.2] Cum apparuerit similes ei erimus [2] Cor. iii.[18] Nos autem omnes revelata facie gloriam dei speculantes in eandem ymaginem transformamur a claritate in claritatem tamquam a dei spiritu. Item Ratione valore quia valebit decem nummos usuales quod significatur praemii immensitas quae consistit in iiii corporis et tribus anime et tribus communibus angelis et hominibus que est sanctorum societas christi fraternitas et tam hominum quam angelorum eterna securitas ad quam nos perducat christus ihesus quis est benedictus.

¹⁶⁸ in margine 343 et in textu 356

¹⁶⁹ in margine 343: tertium principale

¹⁷⁰ et in margine 343: primo

¹⁷¹ et in margine 343: secundo

¹⁷² corr. 343 et in textu 356

¹⁷³ et in margine 343: tertio

¹⁷⁴ Lib 22.30

Dominica sexagesime sermo [=T17] [63r 343/34r 356]

Exiit qui seminat seminare semen suum Lu [8.5]¹⁷⁵ Diligencia divina circa studium nostre salutis est commendanda nobis in praecedenti dominica sub metaphora operarios in vinea conduceant. Hic sub metaphora seminantis quia non solum nos conductit sed ad frufose operandum gratiam suam seminat in cordibus nostris et hoc est quod dicit. Exiit qui seminat et cetera Ubi tria oportet attendere. Primo quid sit exitus de quo hic dicitur Exiit. Secundo quid per semen intelligitur [34v 356] seminare semen suum. Tertio quid per terram in qua semen spargitur et dum seminat etc. Circa primum notandum¹⁷⁶ quod exiit a patre per eternam generationem. Jo. [16.28] Exivi a patre et veni in mundum. Item a matre per temporalem nativitatem. Ps. [18.6] Ipse tamquam sponsus procedens de tha[lamo] s[uo]. Item ab hoc mundo per mortem. deum domini exitus mortis. Jo. xix.[5] Exivit ihesus portans coronam. Sciendum autem est quod exitus iste de [63v 343] quo hic dicitur in ewangelio quo exivit unigenitus dei de occulto sue divinitatis per nostre assumptionem mortalitatis hunc exitum praedicit david. [Ps. 103.23] Exibit homo ad opus suum. Osee vi.[3] Describebat quasi inquit diluculum preparatus est egressus eius. In diluculo radius solis nubibus est involutus noctis tenebris finis imponitur et omni creature viventi leticia redditur. Sic in ortu istius diluculi Radius solis nubibus est involutus quando filius dei humana carne est indutus. Solem inquit dominus per prophetam nube tegam. Item tenebris noctis est finis impositus propter quod dicit Apos. ro. xiii.[xiii.12] Nox praecessit dies autem aprop[inquavit] [1.] Jo. i[i¹⁷⁷.8] Tenebre transierunt et ecce verum lumen iam lucet. Hic potes notare que tenebre transierunt quia legimus mosayce prioris ignorancie et culpe. Item mundus repletus est leticia. Lu. ii.[10] Annuncio vobis gaudium magnum etc. Istum enim exitum mundus videbat. Unde [1.] Jo. [i.1-2] Quod fuit ab initio quod audivimus quod vidimus oculis nostris quod perspeximus et manus nostre contractaverunt de verbo vite et vita manifesta est et vidimus et testamus et annunciamus vobis vitam eternam que erat apud patrem et apparuit nobis. Iste exitus in scriptura figuratur per exitum floris et flosculi et propter ipsius nascentis mundiciam et sanctitatem. Ysa. xi.[1] Egredietur virga de radice iesse et flos de Radi[35r 356]ce eius ascendit. Hic est flos delectabilis odoris pulchri coloris de quo sugitur dulcedo mellis. Can[ticum Canticorum] v.[2.1] Ego flos campi. Item per exitum cibi qui nobis prestet refectionis suavitatem. Iud[icum=Richter] xiii.[14] De commedente exivit cibus et de forte egressa est dulcendo. Commedens potest dici beata virgo que gratiarum <plenitudinem>¹⁷⁸ incorporavit¹⁷⁹. De qua egressus est cibus quando

¹⁷⁵ in 343: Lu. x.; in margine 356: von Lu. x. auf 8 verbessert

¹⁷⁶ in margine 343: nota

¹⁷⁷ auch in 356 zu 2 verbessert

¹⁷⁸ in margine 343 et in textu 356

de ea natus est christus. Jo. vi[1.56] Caro mea vere est cibus. Item propter exitum sponsi propter honestatis in sua nativitate novitatem Ps. In sole posuit tabernaculum suum. Iste exitus fuit ad hominem redimendum quod significatur in Apo. vi.[1-2] ubi dicitur Quod cum aperuisset agnus unum **[64r 343]** de vii sigillis ecce equus albus et qui sedebat super equum habebat archum et data est ei corona et exivit vincens ut vinceret. Item ad hominem reducendum unde significatur per illum Mt. xx.[1] Qui exiit primo mane conducere op[er]ariois in vineam suam et per servum illum. Lu. xiiii.[21] Exi cito in plateais et vitos civitatis etc. Item ad semen verbi gratie in corde hominis spargendum et hoc est quod hic dicitur. Exiit qui seminat se. se. Circa secundum principale videndum est quid sit illud. Semen dei est omnis creatura Ager mundus sacra doctrina ecclesia gratia anima. Ipse filius dei Ager cui benedixit deus scilicet virgo beata. Significanter autem dicit semen suum quia est semen dyaboli viri iusti et dei. Diabolus seminat semen discordie. Unde et ipse dicitur [Mt. xiii.25] Inimicus homo qui superseminavit zizania in medio tritici. Mt. xiii. De tali seminem dicitur Proverbi vi.[16-19] Sex sunt que odit deus et septimum detestatur anima eius. Oculos sublimes. linguam mendacem. cor machinans cogitationes pessimas. pedes veloces ad currendum in malum. manus **[35v 356]** effundentes sanguinem innoxium. Proferentem mendacia. Testem fallacem et eum qui seminat inter fratres discordiam. | Homo iustus seminat opus misericordie [2] Cor. ix.[6] Qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet beatitudinem. Inquit. Ysa. xxxii[1].20 Beati qui seminatis¹⁸¹ super omnes aquas. Aquis comparantur pauperes propter suam fluxibilitatem et instabilitatem. Super omnes aquas seminant qui omnibus pauperibus dant. Aliis corporalem elemosiam. Aliis bonum verbum. Aliis compassionis affectum. Comparatur autem elemosinas faciens seminatori quia ante se seminat. Ecc. [lesiastes=Kohelet] ix.[10] Quodcumque potest manus tua facere instanter operare. Item gala. vi.[10] Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Item meliora genera ad seminandum parat. Ge. xl.iii.[11] Sumite de optimis terre frugibus in vasis vestris etc. Proverbi. Honora dominum deum tuum de tua substantia et de optimis frugibus. Item semen tegit et occultat. Ecc. [lesiasticus= Jesus Sirach] xxix.[15] Conclude elemosiam **[64v 343]** in sinu pauperis et hec pro te orabit et liberat ab omni malo. Ma[tthäus vi.3] Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Item in posterum fructum exspectat. Gal. vi.[9] bonum autem facientes non deficiamus tempore autem suo me[temus] non deficientes. Lu. xiiii.[13] Cum facis convivium voca pauperes cecos claudos et beatus eris quia non habent unde retribuere¹⁸² tibi Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Ja. v.[7] Ecce agricola exspectat preciosum fructum terre pacienter ferens

¹⁷⁹ 343: incopavit; könnte auch incomparavit gelesen werden, Wort existiert nicht, incorporavit mit größtem Sinn behaftet; 356: i[n]9p[ar]avit; Lesefehler?

¹⁸⁰ in 343 fehlt Abkürzungszeichen

¹⁸¹ 343 + 356: seminant

¹⁸² 343: retribuant??

donec accipiet temporaneum et serotinum ymbrem. Item longe plus metit quam seminat opus enim cum fine est merces sive fine. Deus autem seminat semen salutaris doctrine de quo hic dicitur. Semen est verbum dei. Quod semini comparatur triplici ratione. Vis que est in semine. Est enim in semine vis antiqua multiplicativa [36r 356] et fructum productiva. Sic et in verbo dei unde de ideo. Io[hannes-Evangelium] vi.[64+69] Verba que ego loquir vobis spiritus et vita sunt. Quo ibimus verba vite eterne habes. De secundo Acta vi.[7] Verbum dei multiplicabatur et crescebat numerus discipulorum. De tertio Ysa. lv.[10-11] Quomodo descendit ymber et nix de celo et illuc non revertuntur sed inebriat terram et infundit eam et germinare eam facit et dat semen serenti et panem amendenti sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Lu. viii. Aliud cecidit in terram bonam et ortum fecit fructum centuplum. | Circa tertium scilicet circa terram in qua semen spargitur notandum quod quadruplex ponitur hic terra. Petrosa spinosa via propinqua et terra bona per terram petrosam significatur cor durum et impenitens de tali dicitur Ro ii secundum duriciam tuam et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire et revelationis iusti iudicii dei. Sic enim dicitur ecc. iii. Cor durum male habebit in novissimum per terram spinosam significatur cor cupidum et avaricie serviens de quo Proverbi. xxiiiij[30-31] per agrum hominis pigrum transivi et per vias hominis stulti et ecce to[tum] re[pleverant] ur[ticae] operuerant fa[...] eius spin[ae]. et bene dicit. [65r 343] operuerant quia huiusmodi affectiones cupide cor hominis obumbrant et operiunt quod radii solis celestis super eum incidere non possunt per terram secus viam significatur cor infidele a fidei rectitudine devians. via enim rationis quo ad deum est fides. unde et cecus ille. Lu. xiiii. Non in via sed secus viam sedisse dicitur per quem infidelis quisque intellegitur a via dei devians. de qualium persona dicitur. Sa v.[6] Erravimus a via veritatis et lumen iustitie non illuxit nobis et sol intelligentie non est ortus nobis per terram bonam significatur cor fidele fructum eter[36v 356]ne salutis generans de quali dicitur. Heb. vi.[7] Terra sepe venientem super se bibens ymbrem et germinans herbam optimam vel a quibus colitur accipit benedictionem a deo cuius perticipes nos efficiat ihesus christus amen. | nota¹⁸³ ubique occurrit nobis divina medicina nam datur homini preceptum ne peccet et si¹⁸⁴ peccaverit promittitur remedium ne desperet. Illi tamen qui in malicia sua permanent et elemosinis suis peccata sua redimere se sperant falluntur propter hoc nempe elemosine sunt faciende ut cum de preteritis criminibus depreciamur exaudiamur non ut in eis perseverantes licenciam ma<le>faciendi nobis per elemosinas comparare credamus. Igitur prius pravitas deferenda est et tunc unicuique convenit ut tanto maiora querat bonorum operum¹⁸⁵ luca per penitenciam quanto sibi graviora intulit dampna per culpam.

¹⁸³ et in margine 343: Nota; 356: Et; Abschnit von hier bis Ende in margine 356 markiert als: de elemosina

¹⁸⁴ nur in 343; nicht eindeutig

¹⁸⁵ 343: opm; 356: opa

Dominica Quinquagesima sermo [=T18] [65r 343/ 36v 356]

Assumpsit ihesu xii discipulos scilicet secreto et ait illis etc. Lu. xviii.[31. auch Mt. 20.17]
Sicut dicit beatus gregorius Redemptor noster previdens ex passione sua discipulorum animos perturbandos eis longe ante et eiusdem passionis penam et resurrectionis gloriam predixit. ut sicut morientem tenerent sic et resurrecturum non dubitarent et hoc est quod in presenti ewangelio dicitur. Ubi tria tanguntur. Primo insinuat passionis sue locum latenter in hoc immendo misterium cum dicit. Ecce ascendimus iherosolymam. Secundo autem enumerat sue passionis multipler opprobrium cum dicit [65v 343] tradetur principibus gentibus etc. Tertio ad confirmanda discipulorum corda infirma. Inducitur miraculum ibi. Factum est autem cum appropinquaret iherico etc. Circa primum nota quod dicit assumpsit xii discipulos ad passionis enim imitationem tamen pauci pervenerunt ad passionis fructum. [37r 356] Ascendimus¹⁸⁶ inquit etc. In hoc quod dicit Ascendimus insinuat passionis spontaneitatem. unde super illud Mt. xx[1.1] Cum appropinquasset ihesu iherusalem. Appropinquante hora passionis appropinquare voluit loco passionis ut per hoc claresceret quod non invite. sed sponte pateretur unde et ipse dicit io. [x.18] Nemo tollet a me animam meam sed ego pono eam et iterum sumo eam. ysa.[lxx.7] Ablatus est quia ipse voluit. Quando voluerunt rapere eum ut facerent eum regem fugit et latuit sed quando voluerunt eum crucifigere sponte se optulit. Jo. xiiii. Ihesus autem processit obriam eis et dixit Quem queritis? Et infra Ego sum In quo docet nos mundum declinare et ad tolleranciam passionis paratos esse et hoc spontanee secundum illud [1.] petri iiii.[15-16] Nemo vestrum paciatur quasi homicida aut fur. aut maledicus aut alienorum appetitor si autem ut christianus non erubescat. Significanter autem dixit Ecce ascendimus. In ascensu labor est et quicumque voluerit ad iherusalem patrie celestis attingere oportet eum laborando pervenire. Actis xiiii.[21] Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum. hoc figuratur in eo quod gladius igneus ad portam paradysi custodiendam dicitur gen. <3 cap.>¹⁸⁷ Quod est contra illos qui sperant se habituros vitam eternam sine labore. Secundo enumerat hic dominus sue passionis multipliciter opprobrium cum dicitur. Tradetur enim gentibus etc. Quatuor enim sibi incommoda et sue posteritati fecit adam. potestati enim dyaboli se tradidit honorem. indebit sibi appeciit. Rem alienam attractavit et se et posteritatem suam morti alligavit. Contra hec iiii.or humanum genus christus saluare veniens permisit se tradi ut ipsum redimieret. Traditus enim fuit a patre. A semetipso A iuda A iudeis pater [37v 356] eum

¹⁸⁶ in margine 356: si ascendimus

¹⁸⁷ in margine 356

tradidit ex inestimabili caritate. Rom viii[.32]¹⁸⁸ Qui [66r 343] proprio filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum. Filius tradidit semetipsum ex obedientia et summa humilitate ty. dedit semetipsum pro me. Ysa. Ablatus est quia voluit. S... Non quia debuit nec quia meruit sed quia voluit. Iudas tradidit eum ex avaricia. Mt. xxvi. Quid vultis mihi dare et ego vobis eum tradam. Iudei autem tradiderunt eum pylato ex invidia. Mt. xxvi. Sciebat namque quod propter invidiam tradidisset eum. Sed illud sibi fieri permisit ut hominem in honorem quem amiserat restitueret. Tunc autem secundum magistrum in hystoriis¹⁸⁹ tres illusiones ei fecerunt. Primo quando in faciem eius exspuerunt. Secundo quando herodiani eum veste alba induerunt. Lu. xxiii. Sprevit autem eum herodes rex et indutum veste alba misit eum ad pylatum. Tertio quando clamidem cottineam ei circumdantes et coronam capiti eius spineam imponentes in manu eius virgam arundineam pro ceptro dederunt. Et genu flexo dixerunt: Ave rex iudeorum. Sed quia ad eius illusionem genua flexerunt sive soli gentiles haec facientes auctoribus iudeis sive iudei cum iudeis. Ideo in parasceve cum oratur pro perfidis iudeis genua non flectimus. Contra has etiam tres illusiones quando ad ostensionem crucis tres premittimus adorantes et dicentes. Agyos etc. quasi etiam adorantes et illusum pro nobis et hoc in duabus linguis greca scilicet et latina silenter tercia scilicet hebreia. | Circa tertium nota quod inducitur miraculum de illuminationem ceci per quem intelligitur spiritualiter mortaliter peccans. [38r 356] Soph[=zefanja] i.[17] Ambulaverunt ut c[al]eci quia domino peccaverunt. Comparatur talis ceco triplicii ratione. primo quia non previdet propositum periculum. Proverbi iii[.19] via impiorum tenebrosa. nesciunt enim ubi corruant unde dominus cum appropinquaret civitati peccatri Lu. xix. Flevit dicens quia si cognovisses et tu. nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. sed dicit beatus gregorius Oculos quos culpa claudit pena aperit. Exemplum de divine epulone Lu. xi. Secundo quia a via recta gressum facit denium. Ps. 106¹⁹¹ Erraverunt in inaquoso viam [66v 343] civitatis habitaculi non invenerunt. Sap. 15¹⁹² Erravimus a via veritatis et iusticie lumen non illuxit nobis propter quod dicit Apostolus ephe. iii[.17] Testificor in domino ut iam non ambuletis sicut gentes ambulant in vanitate sensus sui tenebris obscuratum habentes intellectum alienati a via dei per ignoranciam quae est in illis propter cecitatem cordis ipsorum. Tertio quia talis ductorem habet necessarium. Dicitur autem triplici ductore scilicet per bonum exemplum. per praedicationis verbum. per orationis adiutorium. Potes autem hic notare tria et accipere thema. si vis primo ostenditur peccatoris miseria quae hic tangitur in multis in eo quod caret debita cognitione unde dicit cecus Apo. iii. Dices quod dives sum et nullius egeo et nescis quia tu es miser in te et miserabilis

¹⁸⁸ In 343 Ephe. corr. in 356 zu Rom. viii

¹⁸⁹ PL 198, Sp. 1624.

¹⁹⁰ in margine 356: Cap: 4

¹⁹¹ in margine 356: Ps. 106

¹⁹² in margine 356: Cap. 15

insipientibus te. Et paup[er] quia non habes in celo locum et cecus quia non habes debite cognitionis usum et nudus quia cares indumento. Item quia impotens est et deficiens a recta operatione unde dicitur sedens Talibus dicitur in psalmis¹⁹³. 106 Surgite postquam sederitis etc. Item quia caret virtutibus unde dicit men [38v 356] dicans Proverbi xx. Propter frigus piger arare noluit. Mendicabis ergo in estate et non dabitur ei. Item quia patet diversis viciis et concupiscentiis. unde dicit secus viam Alio modo possumus hic iiiiior mala notare que facit peccatum. Nam excecat unde cecus quidam. Item debilitat unde dicit sedens Item a via christi deviare facit unde dicit secus viam. Omnes enim qui erant in commitatu christi iverunt per viam. Item depauperat unde dicit mendicans. Nota etiam circa primum quod iiiiior respicere debemus videt que sunt in mundo quem diligimus quae in sepulchro ad quod ituri sumus quae in inferno pro quibus cavere debemus que in celo ad que sperare debemus. In mundo sunt brevitas vite misericarum multiplicitas vivendi dificilis moriendo necessitas. Secundo ostenditur hic debita expositio vere penitentis in eo quod audivit interrogavit. clamavit et misericordiam imploravit. [67r 343] et¹⁹⁴ sic debet¹⁹⁵ vere penitens audire reverentur Eccl. xxxii.9 Audi tacens et pro re[verentia] accedit tibi gratia bona. Quidam sunt sicut aspis Psa. Furor illu sicut aspidis surde. Qui nuncquam audire volunt quod sibi possit esse ad salutem et isti non merentur curari. Item debet interrogare diligenter de se an quae sic bona via¹⁹⁶ an mala. Item clamare perseverantis et dicere illud Ps. Ad te domine clamabo deus meus ne si etc. Item Clamavi et exaudivit me Modo clamandum est ad deum cum audire paratus sit. veniet enim tempus quando clamare minime valebit. Proverbi. i.[27-30] Quando venerit super vos tribulatio et angustia tunc invocabunt me et non exaudiem mane consurrgent et non invenient me eo quod exosam habuerunt [39r 356] disciplinam et non timuerunt deum. non suscepserunt nec acquieverunt consilio meo et detraxerunt universe correxioni mee. Item debet misericordiam eius humiliter postulare. Judith viii.[14-17] *Indulgentiam enim cum lacrimis postulemus et humiliemus illi animas nostras et dicamus cum isto ceco. Miserere mei fili david* Augustinus Cum humanum sit peccare et dyabolicum in peccato perseverare. Dignum est ut nisi quod humanum est corrigitur quod dyabolicum est puniatur. Proverbi. Qui abscondit scelera sua non dirigetur qui autem confessus fuerit et reliquerit ea misericordiam consequentur. Tertio tangitur virtus saluatoris in eo quod cecum adductum illuminavit solo iussu. Stans inquit ihesus iussit cecum etc. Et nota quod ihesus stabat et cecum adduci iubebat et verbo illum illuminabat. Ihesus stat quando peccato rem patientis exspectat. Secundum illud Pe iii. Patientis exspectat propter nos nolens animam perire. Sed omnes ad poenitentiam converti. Item peccatorum adduci facit quando gratiam ei qua adducatur infundit.

¹⁹³ in margine 356

¹⁹⁴ nur in 356

¹⁹⁵ nur in 343

¹⁹⁶ in 356: via bona

Ro. ii. Ignorans quam benignitas dei te adducit ad poenitentiam. Item cecum verbo illuminabat quoniam per verbum praedicatoris converti facit cor peccatoris. Psa.¹⁹⁷ Declaratio sermonum tuorum illuminat. Legimus in scriptura cecos tripliciter illuminatos scilicet per luti appo[67v 343]sitionem. Jo. ix. Item per stellis superlitionem. Tho. ix. Item per dei iussionem ut hic Superbo debet lutum apponi ad illuminationem sui ut cogitet se lutum et terram esse et sic curetur cecitas proveniens ex superbia. luxurioso debet fel superliniri scilicet amaritudo ihehennalis pene et sic curabitur cecitas proveniens ex luxuria. Avarus debet attendere verbum dei qui dicit per apostolum suum Thy[motheus] 6.[9]¹⁹⁸ Qui volunt di[39v 356]vites fieri incident in temptationes et in laqueum dy[aboli] et sic curabitur cecitas proveniens ex avaricia. Rogemus ergo dominum.

<in margine superiore 67v 343: Augustinus ..ll..ius ..atur infirmitate qui ciborum diligit percitatem. Item omnis salub..as viscerum temperancia est ciborum. ieuvare bonum me..us miseris dare dominum

in lati sinistri margine 67v 343: Augustinus Jejunium non perfectum/ per sanctu virtus sed ceterarum virtutum fundamentum et sanctificatio atque pudicia sunt qua nemo videbit deum

in margine inferiore 67v 343: Cena brevis vel cena levis fit raro molesta

Magna nocet medicina docet res est manifesta>

Dominica prima in Quadragesima [Sermo = T19] [67v 343¹⁹⁹ / 39v 356]

Ductus est ihesus²⁰⁰ in desertum a spiritu ut temptaretur a dyaboli Mt. iiiii[.1] Sicut Bernhardus²⁰¹ *Quotquot degimus in regione umbre mortis in infirmitatem corporis in loco temptationis hi*

¹⁹⁷ in margine 356: 118

¹⁹⁸ in margine 356: cap. 6.

¹⁹⁹ in margine superiore 67v 343: Augustinus ..ll..ius ..atur infirmitate qui ciborum diligit percitatem. Item ..s salub..as viscerum temperancia est ciborum. ieuvare bonum me..us misere dare dominum.

in lati sinistri margine 67v 343: Augustinus Jejunium non perfectum/ per sanctu virtus sed ceterarum virtutum fundamentum et sanctificatio atque pudicia sunt qua nemo videbit deum

in margine inferiore 67v 343: Cena brevis vel cena levis fit raro molesta
Magna nocet medicina docet res est manifesta

²⁰⁰ in margine 356: 88

²⁰¹ Vgl. Bernhardus Claravallis, Sermo vii: De triplici utilitate Adventus Domini

diligenter advertimus triplici hic incommodo laboramus. Nam faciles sumus ad seducendum debiles ad operandum et fragiles ad resistendum. Idcirco ut non seducamur faciliter nec operemur debiliter. Sed ut resistemus viriliter exemplum nobis proponitur in hodierno ewangelio in salvatore nostro qui temptatus fuit a dyabolo. Sed temptationem suam gloriose devicit et de hoc est quod dicit Ductus est ihesus in desertum etc. Ubi tria notantur primo temptatione christi cum dicit Ductus est ihesus etc. ut temptaretur a dyabolo. Secundo praesumptio dyaboli. In hoc quod dicit. *Et accedens temptator.* Tertio fructus spiritualis triumphi in hoc quod dicit Tunc reliquit eum temptator. | Circa primum nota tria scilicet quare deus temptari voluit et in quibus temptatus est et qualiter temptationes devicit. Temptari voluit deus tribus de causis. Primo ut temptatoris audaciam demonstraret. Sunt enim duo ex parte sua et duo ex parte nostra quae praestant²⁰² ei audaciam. Ex parte sua est potencia dicitur enim Job. xli.[24] *Non est potestas super terram quae ei valet comparari.* Item Scientia Eze. [28.12]²⁰³ *Tu signaculum similitudinis plenus sapientia et perfectus decore in paradysi dei fuisti.* Ex parte nostra est infirmitas et ignorantia et hoc est quod conqueritur Psa. [37.11] Ex persona hominis huius miserie constituti. *Dereliquit me [68r 343]²⁰⁴ virtus mea quo ad primum. Et lumen oculorum meorum et ipsum non est tecum quo [40r 356]* ad secundum. O quanta fuit audacia ad christum in cruce pendentem accedere in quo nulla unquam reperiebatur macula. Quam audacter ergo ad te accedit qui conceptus es in iniquitatibus nec uno die sine culpa vivis. Lu. xxiii.[31] *Si in viridi ligno haec faciunt in arido quid fiet.* Secundo ut ad temptationes suas nos informaret unde venit ad temptationem baptizatus est a spiritu sancto ductus est. Servans iejunium et in desertum locum. Similiter qui vult temptationi resistere debet in flumine baptizari per lacrimarum effusionem in sanguine pro christi passionis recordationem in spiritu sancto per cordis compunctionem. Primo baptismo baptizati fuerunt petrus et maria magdalena. Secundo beatus paulus qui dicit non arbitrabar me aliquid scire inter vos nisi christum ihesum et hunc crucifexum. Tertio publicanus.

²⁰² Abk. prant??

²⁰³ 343: ii<6>

²⁰⁴ in margine inferiore 68r 343: Ieiunium:

- Institutionis ut xal
- devotionis quoniam aut enim tentatur? et facet
- Inspirationis ut de sanctu nicolas
- circumspectionis ut pro pluvia vel siccitate
- virtutis ut beati bernhardi?
- necessitatis ut alias febricitantis

Nota Jeronimus Rerum naturam ignorant qui continere incuntur et abstinere recusant.

in margine superiore 68r 343: Ysidor se ne inadveatur ee..a si i.... ieunasses da pauperibus ne ieuna... sit mar....bii lucrum. Jeronimus Diffici.... primo impossibile et contra naturam carnis est voluntare sn. voluptate frui. Augustinus nullum peiorem hostem pacior? quam carnem quam inhabito mecum vult coronari sed non mecum deterrare.

in lati dextri margine 68r 343: Cum caro pinguestit carnis temptatione crescit
dum decrestu carnis somes in de quiescit.

Lu. xviii.[13] *Qui percuciebat pectus suum dicens Deus propicius esto mihi peccatori.* Item a spiritu sancto ductus per patrocinitatem obediem ut videlicet paratus sit stare consilio confessoris. Unde Augustinus in sermone de poenitentia²⁰⁵ *ponat se penitens omnino in potestate iudicis in iudicio sacerdotis nichil sibi reservans sui ut omnia eo iubente paratus sit facere pro recipienda vita anime quecumque ficeret pro evitanda corporis morte.* Illi ducuntur a spiritu carnis mundi et dyaboli qui quaecumque deberent pro emendandis peccatis facere recusat ferre. |

Quadragenarius numerus quem in suo ieiunio complevit christus tempus signat poenitentie. Complevit autem quadruplicem quadragenam unam a nativitate usque ad oblationem in templo in quo significatur quod qui ad templum celeste debet admitti debet esse in statu poenitentie alioquin foras potius eicitur [40v 356] quam admittetur foras autem eicitur in mundum fetidum et quod inutiliter occupat locum. Item xla [quadragesima] horis in sepulchro fuit ante resurrectionem. Item xla diebus conversabatur cum discipulis suis et hominibus ante ascensionem. Item debet ieiunare quia secundum ierr. Ieiunio saluantur pestes corporis. Oratione verbo pestes mentis propter [68v 343] hoc etiam isto tempore ieiunium illud institutum est cuius una causa est quia isto tempore propter connaturalitatem²⁰⁶ temporis ad humani generis complexionem revivistunt in corpore motus brutales. unde ut mortificantur huius modi motus institutum est tempus huius ieiunii. Alia est ratio quia adam isto tempore peccavit per gulam et ideo isto tempore statutum est servare abstinentiam. Tertia ratio est quia isto tempore²⁰⁷ praeparamur ad perceptionem sacramenti paschalis. Istud autem sacramentum debet omnis mundicia et ideo per ieiunium mundamus hoc tempore <re>²⁰⁸ ieiunamus. Sicut canitur in Respondeo paradysi portas. Item debet venire in locum desertum deserendo videlicet non solum peccata Sed et occasiones peccatorum unde dictum est loth. Ge. xix.[17] *Non stes in omni regione sed in montibus saluum te fac.* Illi siquidem qui desertum petunt merentur dulcedinem consolationis celestis. ibi enim pluebat manna populo exo. vi. Item medicanu morbi spiritualis ex contemplatione typici serpentis. Nu. xxi. Item illuminari per gratiam quod significatur in eo quod iohannes qui gratia dei interpretatur ibi docebat. Mr. i. Item de dyabolo reportaret victoriam quod significatur in hoc ewangelio in eo quod christus dyabolo superavit in deserto. Tertio temptari voluit christus ut suam nobis humilitatem demonstraret. maxima enim fuit humilitas quod ipse qui talis erat et tantus temptari voluit ab eo qui est tam vilis. [41r 356] An quibus temptatus fuit ostendit gloria. Mt. iii. Quia in gula vana gloria et avaricia quae satis patent in ewangelio. Istis tribus modis temptantur cotidie christiani propter quod dicitur [1.] io. ii.[16] *Omne quod est in*

²⁰⁵ Vgl. Auctor incertus(Augustinus Hipponensis?), De vera et falsa poenitentia, PL 40 Sp. 1113-1126, hier Sp. 1125.

²⁰⁶ 9nralitate = auch connumeralitatem?

²⁰⁷ Satz peccavit ... tempore fehlt in 356; wahrscheinlich ein Zeile übersprungen.

²⁰⁸ 356

mundo autem est concupiscentia carnis aut concupiscentia oculorum autem superbia vite. Concupiscentia carnis quidquid ad voluptatem corporis pertinet ut cibus potus concubitur etc. Concupiscentiam oculorum omnis curiositas sic in turpi spectaculo. Superbia vite in acquirendis superfluis et cognoscendis et carpendis proximorum viciis. Qualiter vero temptationes suas devicit ostenditur in ewangelio quia per patientiam unde Ductus est ihesus in desertum etc. Item per corporalem abstinentiam unde dicit [69r 343] quod ieunavit xla diebus et xla noctibus. Item per sacre scripture scientiam. unde supra respondit Scriptum est sic et tu vincere debes. Nota quod christus cibis indigens ieunavit xla diebus et xla noctibus dans nobis exemplum abstinendi a carnalibus desideriis tempore agonis xla etiam diebus commedit cibo non indigens scilicet post suam resurrectionem ad notandum cibum spiritualem necessarium esse hiis qui spiritualiter surrexerunt.

| Item. secundum gregorius²⁰⁹. *In abstinentia quadragenarius numerus custoditur* quia cum per carnis desideria quae ex quatuor elementis constant decalogi mandata contempserimus. Dignum est ut eandem carnem quaterdecies affligemus. Item in eo etiam numero notatur quod nos qui poenitentiam agimus mandata decalogi cum iior ewangeliis custodire debemus. Quadragenarius enim constat ex denario per quaternarium ducta. item secundum Gregorium Subtractis dominicis xxxvi dies sunt decima totius anni quibus [41v 356] addito die cinerum cum aliis tribus fiunt xla dies in quibus decimam temporis nostri deo soluimus. Item xla diebus ieunamus ut exemplo nivivitarum per xla dierum afflictionem misericordiam inveniamur. Postea esurit semel cum dominus esuriret dyabolus ei lapides porrexit. Secundo in ficalnea et nichil nisi folia invenit. Tertio cum sitiret fel et azetum est ei oblatum. Lapides offerunt qui duri cordis sunt. Folia habent et non fructum qui tamen verba habent et non opera. Fel propinant qui opera sua peccati admixtione abominabilia faciunt. Secundo insinuatur hic presumptio dyaboli cum dicitur Et accedens temptator etc. Magna fuit praesumptio temptare deum et dominum suum et non solum semel sed ter. Idcirco valde sunt timende insidie eius quia non quis a deo sanctus quod non audet eum temptare. Sed quosdam temptat terrores incuciendo. Ut patet de beata margareta cui apparuit in spem draconis. Ideo dicit beatus Petrus vi. Adversarius noster dyabolus tamquam leo circuit que quasi etc. Quosdam temptat blandiciis demulcendo Unde [II.] Cor. x[i.14] Quod ipse satha[69v 343]*nas transfigurat se in angelum lucis.* Exemplum de beato martino cui apparuit in spem christi Quosdam temptat promissis ut hic hec monia tibi dabo etc. Tertio insinuatur fructus spiritualis triumphi ibi Et ecce angeli acceserunt et mi. Nota quod angeli ministrabant christo superata sua temptatione. Item in sua passionem quando apparuit ei angelus de celo comfortans eum. Item in sua ressurectione et in sua ascensionem et ministrabant ei in omnium ad generale iudicium convocationem. Rogemus ergo. Nota quod satisfactio constitit in tribus videlicet oratione ieunio et elemosina [42r 356] vel duobus scilicet elemosina et orationis materatione fit

²⁰⁹ Vgl. Gregorius Magnus, Homiliae in Evangelia, PL 76 Sp. 1136.

enim elemosina quando aliquis se offert deo per contritionem vel quando compatitur proximo vel cum dat elemosinam et brevite in omni consilio et auxilio quod proximo impendit. Carnis maceratio in quatuor orationibus ieuniis vigillis et flagellis. Oratio est pius mentis affectus in deum tendens plerumque ne pigritetur in vocem prorumpens. Item ieunium triplex a cibo matrialia gaudio temporali a peccato mortali flagellis sunt lacrime. discipline. genuflexio. pectoris tunsio. peregrinationis afflictio. egritudinum tribulatio.

Dominica secunda in quadragesima [=T20] [69v 343]

Ecce mulier Cananea a finibus illis egressa cla[mavit] di[cens]. Miserere mei fili David filia mea a demonia male vexatur Mt. xv.[22]. In domenica precedenti agebatur de demonio ad peccandum inducente. In futura de demonio peccatorum ne confiteatur impediente. Sed in ista de demonio in peccato existenti vexationem ingerente. In quo ewangelio tria tanguntur. Primo misera²¹⁰ condicio peccatoris. Ecce mulier ca. Secondo modus consequende iustificationis Egressa clamabat. Terti misericordia salvatoris scilicet Mulier magna est fides tua fiat tibi etc. [Mt. xv.28] Circa primum nota quod misera²¹¹ conditio peccatoris hic insinuatur in tribus. Primo in hoc quod ad bonum est impotens et imbecillus. Unde comparatur muliebri. Mulier Mt. vii.[17] Non potest arbor mala fructum bonum facere. Secondo in eo quod est deo dissimilis. Cananea quod interpretatur commutata. Tre[Lamentationes] iiiii.[1] Mutatus est color optimus. Bonum colorem dat deus condendo naturam. Melio[70r 343]rem super addendo gratiam gratis datam. Optimum infundendo gratiam gratificantem. Sed iste color **[42v 356]** mutatur per peccatum. Exemplum potest esse de futura ymaginis. Ubi primo lignum ad similitudinem membrorum humanorum inciditur. Deinde albus color superducitur. Ultimo aurum imponitur. Tertio in eo quod accepit assimilationem canis. Non est inquit bonum su. etc. Proverbi xxiiii[ii.11] Sicut canis qui revertitur ad vomitum sic stultus qui stultias suas etc. Circa secundum nota quod mulier ista egressa fuit. Misericordiam petivit unde dixit Misere mei fili David. Miseriam suam aperuit filia mea male a de. vexatur. In petendo perserveravit unde iterum venit ad eum et adoravit vilitatem suam recognavit se canem esse dicens. [Mt. xv.27] Etiam domine nam et catelli edunt etc. Sic et tua peccato debes egredi. Ysa lviii.[xlviij.20] Egressimini de babilone et h[oc] quia peccatum est tamquam vinculum ligans. Proverbi. v.[22] Funiculis peccatorum suorum unusquisque constringitur. Ysa. v.[18] Ve qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis et tamquam vinculum plaustri peccatum. Item vinculum dominus disrupt quando hominem de peccato educit. Secundo quia peccatum est carcer hominem spiritualiter

²¹⁰ 356: miseria

²¹¹ 356: miseria

excecas. de quo educi petit propheta in per[son]a penitentis. [Ps. 141.8] *Educ de carcere animam meam.* In hoc carcere fuit samson excecas. petrus in vinculis ligatus. Iohannes decollatus. Tertio quia peccatum est lutum hominem sordidans a quo eripi petit. Ps. [68.15] *Eripe me de luto.* Ab hiis tribus solet homo libenter egredi. Nota autem quod petitio eius fuit precordialis. unde clamavit humilis unde miserer mei quia scilicet misera sum et fidelis. unde dicit Domine in quo confitetur eius divinitatem. Fili David. in quo confitetur eius humanitatem. Item debes miseriam tuam apire. Si enim medicinam secundum Gregorius desideras oportet ut vulnus detegas. Proverbi. [xxviii.13] *Qui abscondit scelera sua non dirigetur* [43r 356] *qui autem confessus fuerit et relinquet ea misericordiam conse[quetur].* Item debes petere misericordiam cum illo qui dicit Lu. xviii.[13] *Deus propicius esto michi peccatori.* Item [70v 343] debes in petendo perserverare quod docet dominus. Lu. xi.[8] Sub typo amici ab alio amico panes petentis. *Ille inquit si perseveraverit pulsans* etc. Propter hoc etiam cecus ille illuminari meruit quia magis ac magis clamabat. Lu. xviii. Item debes vilitatem tuam humiliter detegere ut dicas cum Ps. [50.5] *Iniquitatem meam ego cognosco.* Et tunc mereberis ut filia tua sanetur que prius a demonio vexabatur. | Circa tertium nota quod mulier ista tria petivit scilicet filiam suam liberari. *Misere mei inquit filia mea* etc. Seipsam adiuvari. *Domine adiuba me.* De mitis saciari *nam et catelii edunt* etc. Et de misericordia salvatoris omnia ista consecuta fuit. Hec tria deus praestat²¹² omnia petenti anime unde mulieri petenti respondit. *Fiat tibi sicut vis* ut videlicet libereris Ps. [90.14] *Quoniam in me speravit liberabo eum.* Et ut inveris. Adiuvit eos deus ut sacieris. Ps. [16.15] *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Ambrosius Tunc me saciab. de te sacietate mirifica ut neque esuriam neque siciam in eternum quod nobis praestare dignetur ihesus christus qui est benedictus.

Dominica tertia in xla sermo [=T21] [70v 343/ 43r 356]

Erat ihesus eiciens demonium et illud erat mutum et cum eieisset demonium locutus est etc. Lu xi.[14] Eodem modo potes venire ad intentum tuum in hac dominica sicut in precedenti. Nota autem duo in verbis proponitis. Primo notatur operatio demonis in peccatore cum dicitur Erat ihesus [43v 356] eiciens de et illud. Secundo operatio salvatoris in penitentem Et cum eieisset demonium lo. est mu. Circa primum nota quod operatio demonis in peccatore triplex est quod significatur per tria que de isto homine dicuntur. Dicitur enim fuisse cecus. mutus. demoniatus unde Mt. xii.[22] *Oblatus est ei cecus. mutus. demoniacus.* Similiter demon facit hominem cecum Soph[onia]²¹³. i.[17]

²¹² Lösung in 356 von prat in 343, vllt. auch patrat

²¹³ =Zefanja

Ambulaverunt ut ceci quoniam domino pec[caverunt]. [Lamentationes]²¹⁴ v. Ve nobis quia peccavimus propterea mestum factum est cor nostrum contenebrati sunt oculi nostri et hoc propter avariciam. In cuius rei figuram thobias execatus fuit de callidis stertoribus yrundinis unde acc. ix. dicitur Quod saulus [71r 343] postquam ceciderat licet apertos haberet oculos nichil videre poterat. | Diviti enim avaro deberet inesse quadruplex visio. Prime est proprie mortalitatis sicut fecit job i.[21] Nudus egressus sum de utero matris mee. nu[dus] re[vertar] il[luc]. Contra quam cecus fuit ille Lu. xii.[19] dicens. Anima habes multa bona posita in annos plurimos. Requisce. commede. bibe et quiesce et epulare. Secunda est fraternae necessitatis. Ysa. lviii.[7] Cum videris nudum operi eum etc. Sic fecit thobias x.[..]²¹⁵ Ne avertas oculos tuos ab ullo paupere. contra hanc fuit cecus ille dives qui noluit videre indigentias lazari. pauperis. Tercia commisso sibi a deo facultatis sic fecit villicus ille ewangeli Lu. xvi.[..] Qui de pecunia domini sui comisa sibi quesivit sibi amicos contra hanc fuit cecus iudas qui ea quae mittebantur colligebant. Jo. xxi.[..] non amicos sed infernum sibi querebat. Quarta est mundane instabilitatis [1.] Thy[motheus] vi.[17] Divitibus huius saeculi precipie non sublime sapere nec sperare [44r 356] incerto diviciarum sed in deo vino. Contra quam cecus qui temporalibus confidit. Mt. xiii.[..]²¹⁶ Ve vobis divitibus ceci duces cecorum. | Item demon facit peccatorem mutum et hoc per luxuriam. Dyabulus enim quadruplicem laqueum mittit circa collum peccatoris ne clamare possit. Primus est amor sive placencia voluptatis. Qua soluitur per considerationem eterne amaritudinis. Secundus est pudor confusionis qui soluitur per considerationem confusionis iudicij generalis. Tertius est timor satisfactionis qui soluitur per considerationem gravitatis pene ihehennalis. Quartus est spes vite longioris quae soluitur per considerationem incertitudinis <horis>²¹⁷ mortis. Item demon facit hominem demoniacum. Jo. xiii.[..] Cum sathanas introisset in iudam statim abiit tradito domino et laqueo se suspendit quod utique est opus demonium habentis. Mt. xxvii.[..] Et hoc per superbiam quia superbia proprium est vicium dyaboli. To. iii.[..] Ab ipsa sumpsit inicium [71v 343] omnis perdicio. Apo. xiv²¹⁸.[8] Cecidit cecidit babylon magna idest anima superba et facta habitatio demoniorum et custodia omnis spiritus inmundi. Nota secundum Bernardum. Demonium est hanc dubium cogitationes malos nobis ingerere nostrum est illis non consentire. Nam quociens resistimus dyabolum superamus angelos letificamus deum honoramus. | Circa secundum scilicet operationem salvatoris notandum quod triplex est eius operatio in penitente. Prima est quod cor movet ad contritionem. Secunda est quod os aperit ad confessionem. Tercia est quod hominem inducit ad satisfactionem. Et hec triplex operatio insinuatur cum dicitur. Et cum eieceret demonium lo. est mu. Demonium enim [44v 356] eicitur in

²¹⁴ in 343 + 356: Jere.

²¹⁵ Sirach iv.5: ab inope ne avertas oculos propter iram et non relinquas querentibus tibi retro maledicere.

²¹⁶ Vgl. Lk. 6.24

²¹⁷ interpositus 356

²¹⁸ 343: xviii

contritione. Solet autem demonium eici. iiiior modis corporaliter scilicet per aque benedicte aspersione. per crucis signationem. per nominis christi invocationem et per sanctorum intercessionem. Sic et quatuor modis eicitur spiritualiter scilicet per lacrimarum effusionem in contritione hec est aqua illa benedicta per quam eiectum fuit demonium. A maria magdalena. Lu vii.[..] Per crucis signationem significatur devota recordatio passionis christi. per quam eicitur demonium quod significatur tho. vi. ubi dicitur Quod cordis pericula si super carbones ponatur fumus eius excircat omne genus demoniorum. Cor istius est amor christi passi pro nobis. pericula cordis significatur partem illius amoris totum enim capere et confiderare non possumus non sufficimus. Carbones ardentes significatur cogitationes pericula ista carbonibus superponitur cum amor christi pacientis ad memoriam reducitur et tunc per eius fumum demonium fugatur quia per devota eius recordationem fugatur dyavolus de corde humano. per nominis eius invocationem significatur ad deum accensa oratio per quam demon eicitur. In cuius rei figura dicitur Re. xix. Quod david cytharam percuciens spiritum malum fugabat a saule. Cytharam tangere est nomen christi attente invocare [72r 343] Mr. xl.[xvi.17] *In nomine meo demonia eicient* etc. Per sanctorum intercessionem et patrocinium fugatur demonium. unde dictum est beato bartholomeo. Incendunt me orationes tue. hic potes etiam adducere miraculum quod legitur de beato andrea. | Item mutus loquitur in confessione Mr.²¹⁹ vii.[35] *Solutum est vinculum lingue eius et loquebatur recte.* Confessio enim non valet nisi fiat recte. [45r 356] Ad hec autem requiruntur iiiior scilicet ut confiteatur. hoc quod debet scilicet sua peccata. Eccli. Dic tu iniurias tuas ut iustificeris in hoc defecit confessio pharisei. Lu. xviii. Item ut confitentur quomodo debet scilicet integraliter. [Lamentationes]²²⁰ <2>²²¹ *Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini dei tui.* In hoc defecit confessio ananie et saphire Acc. v.[..] Item ut confiteatur quando debet scilicet tempestine et non nimis sero. Eccli.²²² xviii.[27] *virus et sanus confiteberis et laudabis deum et glorificaberis in miserationibus eius.* Nota autorita.. augustini Siquis in ultima morte et neccesitate etc. In hoc defecit confessio anchor Josue iiii.[..] Qui noluit confiteri nisi in articulo mortis. Item ut confiteatur cui debet scilicet sacerdoti qui sciat et possit ligare et solvere. In hoc defecit confessio inde qui confessus est scribis et phariseis. Mt. xvi.[..] ultimo turbe miramur in exteriori facto. Sa v.[2] *Mirabantur in subitatione insperate salutis.* Turbe demonium mirantur lugendo. turbe peccatorum imitando. turbe iustorum laudando. turbe angelorum deo gratulando. Gaudium est angelos dei super uno peccatore. Lu. xv. Quod nobis praestare dignetur.

²¹⁹ in 343 und 356: Mt.

²²⁰ in 343 und 356: Theu.

²²¹ interpositus 356

²²² = Jesus Sirach 17.27

Dominica quarta in quadragesima [=T22] [72r 343/ 45r 356]

Accepit ihesus panes et cum gratias egisset distribuit discumbentibus etc. Jo vi.[11] Sicut dicit Psa. [144.16] *Aperis tu manum* etc. Ipse dat iumentis escam ipsorum unde si sic providet brutis et irrationabilibus longe maior cura est sibi de ratione utentibus. unde dicitur Mt. vi.[26] *Respicite volatilia celi* etc. Quanto vos magis plures estis illis. et hoc ostendit dominus in ewangelio **[45v 356]** hodierno.in quo de paucis panibus pascit multa mi**[72v 343]**lia hominum et hoc est quod dicit Accepit ihesus panes etc. ubi tria ostenduntur in christo scilicet clementia in distributione panum et turbe refectione secundum sapientia in gratiarum actione Et eius potentia in miraculosa panum multiplicatione. Circa primum notandum quod quincuplex est panis quo christus refecit mundum. Primus est corporalis quem cotidie necesarium habemus et ideo eum cotidie petimus dicentes. Panem nostrum cotidianum etc. circa quem insinuantur hec tria scilicet quod debet iuste acquiri unde dicit Accepit. Sponte scilicet oblatus non spoliavit quod est contra illos qui panem alienum defraudant. Job xxiiii.[9] *Spoliaverunt nudos et incedentibus sive vestitu et esurientibus tulerunt spicas.* Eccl²²³ xxxiiii.[25] *Panis egentium vita <pauperis>²²⁴ est qui defraudat illum homo sanguinis est.* Item debet cum gratiarum actione sumi unde dicit. Cum gratias egisset quod est contra ingratos qui multa bona a deo recipiunt et nullas ei grates referunt. Multi sunt hodie sicut illi de quibus dicitur Exo. xxxii.[6] *Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere.* Surgunt enim post panem ad peccandum non ad laudandum. Item debet liberaliter distribui. unde dicit Distribuit discumbentibus Tho[bit] iiiii.[9] *Si mu<l>²²⁵tum tibi fuerit habundanter tribue si exiguum fuerit etiam illud libenter inpertiri stude.* | Iste panis in tres partes dividendus est scilicet in propriam sustentationem. Gen iii.[19] *In sudore vultus tui vesceris pane tuo et dico in sustentationem non in superfluitatem quia tunc potius cederet in nature detrimentum quam sustentamentum unde eccl²²⁶ xxxvii.[32]* *Noli aridus esse in omni epulatione et non te effundas super* **[46r 356]** *omnem escam.* *In multis enim escis erit infirmitas {insacietas} et ariditas apropinquabit usque ad coleram propter culpam multi obierunt qui autem abstinens est adieciit vitam.* Item in dei oblationem. Le[vitikus]. ii.[4] *Cum obtuleris sacrificium coctum in cibano de simila absque fermento conspersos oleo supple debes offerre.* Item in elemosinarum largitionem Ysa. lviii.[7] *Frange esurienti panem tuum* etc. | Secundus panis est sacramentalis scilicet corpus christi de quo Jo. vi.[51] *Ego sum panis* **[73r 343]** *vivus qui de celo descendit* etc. quem figurat manna Sap. xvi.[20] *O Panem de celo prestitisti eis habentem in se omne delectamentum.* Iste panis frangitur in tres partes ad significandum tria sicut patet lu. su. tre d. ig. unde ver. hostia dividitur in partes tincta

²²³ = Sirach

²²⁴ in margine 343

²²⁵ interpositus 343

²²⁶ = Sirach

beatos. plene sicta nocat vinos servata sepultos. Tertius est panis doctrine tre.[Lamentationes] iiii.[4] *Parvuli petierunt panem et non est qui fran[geret] e[is].* Mt. iiiii.[4] *Non in solo pane vivit homo* etc. Iste panis in tres partes dividendus est scilicet tria que in sacra scriptura considerare debemus scilicet penitentium lamentationem electorum exultationem et reproborum dapnationem quod significatur *eze ii.[8]* ubi dicitur *Aperi os tuum et commede quecumque do tibi et vidi et ecce manus missa ad me in qua erat involutus liber et expandi illum ante me qui erat scriptus intus et foris et scripte erant in eo lamentationes carmen et re lamentationes pertinent ad penitentes qui lamentari debent pro peccatis suis. Sic fecit maria magdalena.* Lu. vii.[..] Carmen pertinet ad bonos de quibus Apol. xiiii.[1+3] *Vidi et ecce stabat agnus super montem syon et cum eo c xla iiiior milia et cantabant quasi canticum novum.* Ve pertinet ad dapnatos ex quorum postea dicitur tre. iiiii [= Lamentationes v.16] *Cecidit corona capitis* **[46v 356]** *nostri re nobis quia peccarimus.* Am. v. In cunctis plateis erat planctus et in cunctis que foris sunt. diecitur ve ve. Quartus est panis poenitentie. Psa. [79.6] *Cibabis nos pane la.* Iste panis frangendus est in tres partes scilicet contritionem. confessionem. satisfactionem. quos petit amicus ab amico. Lu. ix[1.5]. *Amice commoda mibi tres panes.* Quintus panis est eterne consolationis de quo lu. xiiii[1.15] *Beatus qui manducat panem in regno ce[lorum].* Istius panis sunt tres partes scilicet dei visio. dilectio et fruitio. Aliter tamen distinguntur isti panes quia primus panis est cognitio sui. secundus est pudor commissi. tertius dolor amissi. quartus timor inferni. quintus desiderium celi. **[73v 343]** vel aliter primus panis est contritio cordis quam inducunt tria scilicet rei amisse commemratio Eph[eser]. v.[5] *bic autem scitote intelligentes quod omnis fornicator aut [in]mundus autem avarus quod est ydolorum servitus scilicet non habent hereditatem in regno dei.* Item preteritorum peccatorum recordatio. Ysa. xxxiiii.[15] *Recogitabo tibi omnes annos meos.* Item divine misericordie recognitio. Quacumque enim hora ingemuerit homo ipsius peccatum non recordabor amplius dicit dominus. Item extremi iudicii exspectatio. Iob. iiiii[xxxi.14] *Quid faciam cum surrexerit ad iudicandum deus.* Item penarum inferni consideratio quando scilicet considerare incipit homo et ligatus manibus et pe. proicitur in tenebras exteriores. Mt. xxii.[..] *Nisi se emendaverit Secundus panis est oris confessio.* Ad quam requiruntur multa. unde versus. Sit simplex humilis confessio pura fidelis. Vera frequens munda discreta libens verecunda. Integra secreta lacrimabilis accelerata. Fortis et accusans et sit parere parata. Nota plura in sermone proximo de confessione in fine. Nota autem quod confessio **[47r 356]** ficta quae est falsorum christianorum. Thy [Sap]. ii.[8-9] *Quid profuit nobis superbia aut quid diviciarum iactancia contulit nobis. transierunt omnia ista.* Quedam erronea quae est hereticorum. [1] Thy[motheus] iiiii.[1] *Spiritus manifeste dicit quod in novissimis temporibus discedent quidam a fide accendentibus spiritibus erroris et doctrinis demoniorum in ypocrisi loquentium mendacium et cauteriatam habentium suam conscientiam.* Item quedam adulatorum Mt. xxii.[16] *Magister scimus quia verax es et riam* etc. Item quedam perditorum. Mt. x[xv]ii.[4] *Peccavi tradens sanguinem iustum.* Item quedam demonum qui coacti dixerit de christo quod esset filius dei. Tertius panis est ieunium

quod non solum debet in abstinentia tibi corporalis esse sed a peccatis etiam. unde Ysa. Nonne hoc esse ieunium magis quod elegi dissolve colligationes impietatis. solve fasticulos deponentis. Valet autem hoc ieunium ad sanitatem corporis conservandam. Eccl. xxxi.[24] *Sompnus vanitatis*²²⁷ in homine parvo. Item ad carnis lasciviam [74r 343] reprimendam sive dominandam Cor. ix.[27] *Castigo corpus meum* etc. Item ad pulchritudinem corporis et spiritus custodiendam Exemplum de daniele et socius eius da. i. Item ad temptationem demonis effugandam. Mt. xiii.[..] Hoc genus demoniorum non eicitur nisi in ieunio et ora. Item ad gratiam spiritus sancti per ieunium se disposuerunt. Item Quartus panis est oratio quam potest homo facere si non possit ieunare vel elemosinam dare. unde glossa super illud. Ps. Iustus autem miseretur et co. super est saltem quod debet homo orationem. Item duos pisces qui debent apponi istis quinque panibus sunt timor et spes. Debet autem quilibet habere triplicem timorem scilicet mortis subitanee. quia ecclesiastes=Kohelet ix.12]. *Nescit homo finem suum sed sicud piscis hamo capitur et sicut av[es] conpre[henduntur] laqueo* [47v 356] *sic capiuntur homines tempore malo.* Item sententiae ultime xxxi. Quid faciam cum surrexit ad iudicandum dominus et cum quefierit quid respondebo illi. Jeronimus Quotiens diem iudicii cogito toto corde contermisto. Item pene eterne. Ysa. [66.24] *vermis eorum non morietur et ignis eorum non exinguetur.* Gregorius. Ibi mors semper vivit finis semper incipit et defectus deficere nescit. | debet etiam habere triplicem spem scilicet venie eze. xviii.[21] *Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis que operatus est et custodierit universa precepta mea et fecerit iudicium et iusticiam vita vivet et non morietur.* Exemplum de filio prodiga Lu. xvi. Item gratie eorum. Gratia dei sum id quod sum in quo ostendit quod homo habere gratiam poterit. quantumcumque peccator fuerit. Item glorie quia gratiam et gloriam dabit dominus. Est puer unus hic. Ps. [141.10] *Singulariter sum donec transeam.* hic habet v. panes in pera assumpti corporis videlicet paupertatem in nativitatem. Lu. non erat ei locus in diversorio. Humilitatem in conversatione. [Mt. 11.29] Discite a me quia mi[tis] sum. et laborem in predicatione ihesus fatigatus ex i. Dolorem in passione. O vos omnes qui transitis. mortem in cruce morte turpissima condem. et sic esurientes implevit bonis. | Per puerum istum qui [74v 343] habet istos quinque panes et duos pisces intelligi potest dominus ihesus christus per quinque panes v vulnera per duos pisces duos latrones crucifixos quorum unus timebat alter sperabat. | Secundo in isto ewangelio ostenditur christi sapientia in gratiarum actione. Legitur autem in tribus gratias egisse patri scilicet in turbarum refectione ut hic. Item in lazari resuscitatione. Jo. xi. In quo informantur ad agendum deo gratias pro exhibitione corporalis alimenti. Augustinus.²²⁸ *Agite gratias deo bonorum omnem largitori.* Ro. xxiii.[..] Ad istud monet Apostolus. Collosianos. iii.[17] *Omnia quecumque facitis in verbo aut in opere omnia in nomine domini nostri intra facite gratias agentes deo patri.* Item pro collatione tam efficatis medicamenti. sicut

²²⁷ Vulgata: sanitatis

²²⁸ Vgl. Augustinus, Regula, PL 32 Sp 1384 und Augustina, Epistola ccxi, PL 33 Sp 965.

enim cotidie peccamus ita cotidie corpus et sanguis christi offeruntur. ut a morbo peccati liberari valeamus. dicit Ps. [115.12] Quid retribuam domino pro omnibus etc. Calicem salutaris accipiam inquit idest salutarem illum calicem ad peccatorum nostrum curationem. Et nomen domini invocabo per gratiarum actionem unde Sacerdos accedens ad altare ad offerendum prop populo salutare in illam hostiam invitat populum dicens. Gratias agamus domino deo nostro. Item pro resuscitatione nostra amorte et sepulchro peccati ut cantat ecclesia. gratias agentes deo qui de tenebris nos vocavit in admiratione lumen suum. | Tertio ostenditur eius potestas in panum multiplicatione unde dicit Augustinus. quod potestas erat in manibus eius.

Dominica in media Quadragesima [74v 343 / 48r 356]

Letare iherusalem etc. [Jesaja 66.10] Hodie est septima dominica a septuagesima quando cum luctu et gemitu officium suum inchoavit ecclesia per cuius temporis decursum figuratur status vite praesentis que tota est lamentabilis et gemenda. Sed sicut gaudium malorum terminatur cum luctu. Ita luctus bonorum cum leticia quando terminatio senario presentis vite incipiatur vii^a etas qui estencium quam significat dies hodierna in qua monetur ecclesia ad letandum. Cum dicit Letare iherusalem. Ubi duo sunt notanda **[75r 343]** primo quid per iherusalem significatur. Secundo quia ad letandum inducitur. | Circa primum nota iherusalem secundum quod hic intendimus significat congregationem populi fidelis. Ps. [121.3] *Iherusalem que edificatur ut civitas cuius* etc. Quando **[48v 356]** civitas edificatur. cives adunantur²²⁹. lex dictatur habitacula distinguntur et civitas muro tingitur sic fit in ecclesia. Cives sunt conversi de iudeis et gentibus vel homines diversorum officiorum. Sicut enim mundus constat ex iiiior elementis. Ita ecclesia ex iiiior generibus hominum. scilicet clericis. militibus. mercatoribus et rusticis. Lex qua ligari debent adinvicem omnes fideles est caritas. Ps. [18.8] *Lex domini immaculata convertans a[nimam]* etc. Habitacula diversa sunt. Diversi status ut coniugatorum. continentium. virginum. Murus est ipse chistus de quo Ysa. [26.1] *Urbs fortitudinis nostre syon salvator ponetur in ea murus. Zach[arja 2.5]. Ego ero murus ignens in circuitu tuo.* Circa secundum nota quod ista quadruplex causa quare modo letari possit iherusalem spiritualis scilicet ipsa ecclesia. Prima est a servitute dyaboli liberatio populi fidelis quod significatur in hystoria hodierna. ubi cantatur de exitu filiorum isreal de egypto. Nota autem quod populus eductus est per moysem per quem figuratur ieunium. Quare isto tempore ieuniuamus institutum est Nota dominica in xla. Item per aaron per quem oratio et maria per quam elemosina. Secunda causa est populi liberati per gratiam in filios dei adoptio quod significatur in epistola ubi dicitur quod habraham per quem deus pater intelligitur duos habuit

²²⁹ 356: adiuvantur

filios ismael qui fuit de ancilla interpretatur sibi obediens per quem significantur voluptatum suarum sectatores de quibus dicitur [Genesis xx1.10] *Eice²³⁰ ancillam et filium eius. Jere xv.[1] Eice eos a facie tua.* Isaac qui fuit de libera interpretatur risus et significat puram conscientiam qui super sunt in gaudio Eccl[=Sirach]. xxx.[16] *Non est oblectatio super cordis gaudium* et istis debetur hereditas. unde in ge[nesis] [xxv.6] *dedit habraham ysaac omnem* **[75v 343]** *substantiam suam filii autem concubinarum largitus* **[49r 356]** *est munera.* Tertia est adoptatorum dulcis consolatio quod significatur in refectione quinque panum et duorum piscium. Quinque panes sunt v. vulnera christi que ad similitudinem panis ordeacii ei fuerunt aspera sed nobis dulcia. Quarta tam est consolacii reservata promissio que figuratur in rosa aurea que datur prefectio urbis Romane a domine papa. Quam nobis praestare dignetur²³¹.

Dominica passionis [=T23] [75v 343/ 49r 356]

Tulerunt lapides iudei ut iecarent in eum ihesus autem abscondit se et exivit de templo Jo. viii. Sicut dicit beatus gregorius Omnis chrisit accio nostra est instructio. Spiritualiter autem in isto <in margine 343: *praesenti*> ewangelio nos inforat ad patientiam per quam debemus vincere humanam maliciam secundum hoc in isto ewangelio ntandur duo primo humana insipienza in eo quod tulerunt lapides iudei. Secundo dei patentia in eo quod abscondit se et exivit de templo. | Circa primum nota quod iudei leguntur tria intempsasse christo scilicet pretipitationem lu. iiiii. Duxerunt eum ad supertilium montis super quem civitas eorum fundata erat ut precipitarent eum. Item lapidationem ut hic Item mortem. Jo. vii. Quid me queritis interficere hominem qui vera locutus sum nobis. | Ihesus in temptatur salus Illi ergo ihesum precipiant qui sine omni resistentia peccato consequentes propriam salutem perdicunt. Quod faciunt duo scilicet amor peccati et oblivio dei sui. Isti sunt dui emnichi qui iezabel matrem regis precipitant. R. ix. et ihev. qui interpretatur commocio vel malificus conculcandam tradunt. Rex ihesus est cuius mater est anima fidelis. Jev. est dyabolus et qui mala facit et ad mala facienda commonet. Sed Rex xx. dicitur Quare praecipitas hereditatem dei. Illi lapidant christum qui in cordis sui duritia perseverantes **[49v 356]** contra propriam salutem peccata accumulerant. Isti significantur per semei qui interpretatur audi me qui contra david lapides mittebat quoniam a proprio filio de regno expulsus erat. Quot peccata **[76r 343]** quis facit quasi tot lapides ad christiano mittit. Lazarus non est vite restitutus non exivit de monumento nisi lapide submoto. Superbia est quasi unus lapis. Ira quasi alias. Invidia quasi tertius et sic de aliis viciis. Talibus sub typo imputat

²³⁰ 343: ecce[?]; 356 ecce[!]

²³¹ Quam ... dignetur fehlt in 356

iherusalem dominus. M. xxiii. Iherusalem inquit iherusalem qui occidis prophetas et lapides eos qui ad te missi sunt. glosa ibi Duricia cordis a te repellis. Istos lapides non deberet iudeus idest confitens nomen christi in christum mittere quin potius lapides hiis oppositos deberet in christi adversarium idest dyabulum proicere qui significatur per goliam getheum quem deiecit david eligens lapides limpidissimos et in fronte eius percuciens. Isti autem christum occidunt qui de salute recuperanda spem non habentes in barathrum desperationis cadunt. | Desperare autem aliquis potest propter peccati magnitudinem hic debet respicere petrum vel propter multitudinem. hic dicet respicere latronem. Secundo hin tangitur dei patenciam ibi Jhesus autem abscondit se et exivit de templo. Nota hic quod de quadruplici templo invenitur ihesus esse egressus et quadruplici absconsus. Primum est celum. de qua psa. In templo eius omnes dicent glo. de isto templo egressus fuit quando apparere in terris voluit. Jo. xix. Exivi a patre et venin in mundum. In exitu isto abscondit se subnube carnis propter quod dicit Ysa. xlv. Tu es deus absconditus. Unde Mt. xiii. dicitur quod regnum celorum idest ipse christus. Simile est fermento quod accepit mulier abscondis in farine satis tribus. Mulier ista est virgo maria. fermentum est christus [50r 356] quia panis sine fermento insipidus est. Ita nichil sapit in nobis nisi fuerit fermentatum fide christi. Tria sata sunt illa tria quae fuerunt in christo scilicet deitas. caro. et anima. In quibus sic fuit absconditus quod cum esset scissimus peccator fuit tamen reputatus. Jo. x. Nos scimus quia hic homo peccator est. | Secundum [76v 343] templum est beata virgo de quo Psa. Templum domini sanctum est mirabile et vere mirabile quia qui templum fundavit in ipso natus fuit. Istud templum non solum sanctum sed etiam sanctissimum fuit propter quod etiam ipsa vocatur sanctissima de isto templo exivit christus quoniam homo de virginе natus fuit. Psa. Ipse tamquam sponsus procedens de tha scilicet in isto exitu fuit absconditus paupertate. Lu. ii.[12] Hoc nobis signum Invenietis infantem pannis involutum. Ysa liii. vidimus eum et non erat aspectus et desideravimus eum despectum etc. | Tertium templum est gloriosum corpus christi de quo Jo. ix. Solute templum hoc et post triduum excitabo illud. Ista solutio dura fuit valde quia nec celum nec terra potuit sustinere de isto templo exivit quando mortem sustinuit. In isto exitu absconditus fuit tribus diebus et tribus noctibus. Mt. xii. Sicut fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus. Ita erit filius hominis in corde terre. Ibi abscondita est fortitudo eius. | Quarta templum est materiale quod fuit in iherusalem de quo ut in eqangelio habetur ad litteram exivit et a furore iuderoum se abscondit eo quod non dum venerat eius hora. hora autem adveniente exivit in occursum se querentium et sponte se optulit. Praeter [50v 356] ista invenitur quintum templum de quo est valde neccesarium ne christus exeat quod templum est anima cuiuslibet fidelis de quo cor. iii. Templum domini sanctum est quod estis vos. Sed heu quod de hoc templo frequenter egreditur et sub nube peccati nobis absconditur sicut dicitur ysa. v. Non <est> abbreviata manus domini ut saluare nequeat neque aggravata auris eius et non exaudiatur. Sed iniquites nostre

diviserunt inter nos et dominum noster et peccata nostra absconderunt faciem eius a nobis ne exaudiatur. Rogemus ergo deum nostrum ne templum nostrum deserat sed super in ipso permaneat. Amen. Nota <in margine 343: Nota> quod tribus modis certificavit nos deus de vita eterna post promisit sub noe. unde Ecce ego statuam pactum meum iio. addidit iuramento sub habraham unde per memetipsum iuravi sed quia iuramento non credebatur fecit instrumentum in passione scriptum sanguine [77r 343] filii sui. Apoc.[v.1] Vidi librum scriptum intus et foris in hoc libro sunt lamentationes carmen et ve ve pertinet ad demones quia in passione aggravata est eis pena. Lamentationes ad nos in mundo unde singulis annis leguntur. lamentationes Carmen pertinet ad eos qui sunt in celo quia virtute passionis christi restaurata est eorum ruina Psa. Iudicabit in nationibus implebit ruinas.

Dominica palmarum [=T24] [77r 343/ 50v 356]

Cum appropinquasset ihesus iherusolimis et venisset bethphage ad montem oliveti etc. Mt. xxi. Quare appropinquante hora passionis appropinquare voluit passionis loco dei filius. Quare in asino et quare die quinta ante pascha rationem reddit beda in hodierno Omelia Moraliter autem loquendo tria tanguntur in hodierno ewangelio. primo misericordia dei in peccatorum adductionem et hoc quod dicitur Mittens duos ex discipulis [51r 356] suis. Secundo auctoritas missorum et hoc in peccatorum absolutionem ibi Euntes autem dicite et infra Adduxerunt asinam et pullum. Tertio debita dispositio penitentis in christi susceptione. Plurima autem turba vesti scilicet sunt/sta.. | Circa primum nota quid intelligitur per castellum. Quid per asinam et pullum. Quid per vincula quibus ligantur et qui sunt duo discipuli per quos adducuntur. Castellum est cor peccatoris. lapides sunt peccata ex quibus construuntur propugnacula. Turres sunt excusationes de isto querit dominus in Psalmo. Quis deducet me in civitatem munitam. Asina significat carnem nostram miseram quia asina est onerifera lastina. pigra. Suc caro multa onera potest portare multa enim mala potest sustinere ut ieunia vigilias etc. Sed post omnia ad hoc lastivit ut dicit iheronimus Est etiam pigra sive? proverbi vi dicitur vade ad formitam o piger et disce sapientiam pullus istius asini est carnalis affectus. vincula quibus uterque ligatur sunt illecebore voluptates. Inventus corporis sanitas et prosperitas mundialis. Duo discipuli pullum et asinam [77v 343] soluentes sunt timor et amor. Timor soluit paulum Auct. ix. Dixit tremens et stupens. Quis es domine et iterum. Domine quid me vis facere. Amor soluit mariam magdalena. Lu. vii. Dimissa sunt peccata multa quoniam di. m. Nota autem quod dixit dominus hiis opus habet. Sed in quo dominus indiget peccatore. Job. xxi. Quid prodest deo si iustus fueris autem quid ei confers si immaculata fuerit via tua utique opus est ut impletantur sedes paradisi. Lu. xiii. Compelle intrare

ut impleatur domus mea. | Circa secundum nota quod ministrorum ecclesie officium est peccatores absolvere et ad christum [51v 356] adducere Solvere auctoritate clavium quas contulit dominus petro dicens Mt. x<i>x Tibi dabo claves regni celorum. Solvunt ergo peccata relaxando et adducunt ad ihesum consolando et vitam eternam promittendo. Imponunt autem vestimenta sua quoniam docent peccatores conversos ornari eisdem virtutibus quibus deus eos ornavit. ut caritate castitate humilitate patentia et similibus et tunc deus supersedis et super tales requiescat Ysa. Super quem requiescat spiritus meus nisi super humilem et quietem et trementem ser m. Nota quod quidam dicunt quod dominus primo sedit super asinam postea super pullum et quia pullus lascinus fuit descendit et iterum super asinam sedit. In quo significatur quod dominus primo habuit facere cum sinagoga postea cum gentibus que significantur per pullum tamen in fine mundi iterum transibit ad iudeos. Istud significatur in translatione libri missalis qui primo ponitur in dextera parte altaris postea in sinistra. deinde transfertur in dexteram circa finem misse. | Circa tertium nota quod vestimenta in via sternere est per poenitentiam qua animam vestitur se humiliare de quibus vestimentis. Apo. xvi. Sanctus qui vigilat et custodit vestimenta sua ne nudus appareat. vel vestimenta sternere est bona exempla aliis relinquere. Unde elyas helyseo pallium reliquit Ecc. ix. Omni tempore sint vestimenta tua candida idest extra clara et imitatione digna Ramos de arboribus cedere est opera misericordie facere. Turbe que procedunt sunt peccatorum recognitio [78r 343] beneficiorum dei recogitatio. fides et contritio. Turbe autem que secuntur sunt spes patientia finalis perserverantia et omnes isti clamant. O sanna fili david idest salua obsecro. Sicut ergo isti occurerunt sic et nos ut meramur eum [52r 356] digne suscipere nobis concedat ihesus christus. **Amen.**

De corpore christi sermo [78r 343/52r 356]

Sex sunt rationes quare homo debet accipere corpus christi. una est ex parte legis que hoc precepit exo. xii. Per familias et domus suas tollat unusquisque agnum etc. Secunda est ex parte domini qui hoc instituit. Mt. xvi. Hoc fatite in meam commemorationem. Tertia est ex parte ecclesie que hoc ordinavit Sic enim dicit decretalis Exempla. Postquam homo ad annos discretionis venerit saltem semel in anno confiteatur peccata sua et suscipiat reverente ad minus in pascha scramenta eukaristie. Quarte est ex parte periculi quod homo non sumendo potest incurere Jo. vi. Amen dico vobis nisi menducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis etc. Quinta est ex parte peccati quod virtute huius sacramenti purgabitur. Augustinus. Quia cotidie peccamus. Ideo pro nobis cotidie christus immolatur. Sexta est quod ex parte premii acquiritur Jo. vi. Qui manducat meam carnem et bibit sanguinem meum

in me manet et ego in eo. Sed nota quod debet tria facere accedens scilicet se iudicare sicut qui liquorem preciosum vasi vult infunderis pius probat si vas mundum fuerit vel immundum. Integrum vel confractum. Cor. xi. Probet seipsum homo et sic de pane illo edat et de calice bibat. Sic bonus agricola terram sultat spinas evellit qualitatem terre probat priusque semen iaciatur. Item debet se emendare Ecc. v. Qui timent deum preparabunt cor suum Glossa Felix anima que cotidie mundat cor suum ut suscipiat habitatorem deum Cuius possessor nullo eget bono quia omnium bonorum in se habet actorem Exeplum de bap..ta.. Item debet se decente vestire illis scilicet vestibus Ecc. xvii. Deus et secundum ysa su. fe. il. et seipsum vestimentum il. virtute etc. Probat autem seipsum [52v 356] homo etc. Quatuor modis debet quilibet christianus [78v 343] ante perceptionem corporis christi seipsum probare donec de peccatis suis fit perfecte contritus et compunctus quia cor contritum et humilium deus non des despice iio debet probare si est pure confessus quia secundum Augustinus Confessio a morte liberat e dat veniam? in presenti et gloriam in futuro. Tertio si sit in bono proposito. Unde Augustinus Si mens in affectu est peccandi gravari magis dico in eukaristie perceptione quam purgari. Quarto si in fide catholica confirmatus est. Ubi Augustinus Quid paras dentem et ventem crede et manducasti. Rogemus ergo ut ad mensam christi digne accedere possumus. Nota triplex panis est scilicet panis angelorum idest eukaristia de quo panem panem angelorum manducant homo etc. Panis filiorum idest verbum doctrine de quo dictum est. non est bonum sumere panem filiorum etc. et alibi parnuli petierunt panem et non erat qui frangeret. panis amicorum idest exemplum vite de quod dicitur Amice commoda michi tres panes propter habent triplicem panem dictum est petro pasce o.m.i. eukaristia doctrina et bona vita.

In die pasche [=T28] [78v 343/ 52v 356]

Hec est²³² dies quam fecit dominus etc. [Psa. 117.24] Haec dies specialiter dicitur dies domini propter tria. Primo quia in ipsa mundus creatus est genesis primo. In principio creavit deus ce. etc. Secundo quia in ipsa angelus firmatus est unde fiat lux. Tercia quia demonstrare? conculcatus est. Genesis divisit lucem a tenebris idest bonos angelos a malis ad reverenciam huius diei innitamus. Primo ratione principii secundo ratione privilegio quia tria excellencia opera facta sunt in hac die. Primo christus natus ad vitam reductus et spiritus sanctus datus est. Tertio ratione beneficii quia mors destruitur. Osee. Ero mors tua humanitas glorificatur. Psa. Refloruit caro {meam} mea captivitas liberatur [53r 356] et de manu mortis l. p. Sequitur Exultemus et letemur mea omnia genera hominum debent hodie letari. Primo prelati quia hodie gavisi sunt discipuli

²³² nur in 356?

viso domino. Secundo milites quia specialiter honorantur unde Jo. Apparuit ioseph qui eum sepherat. Tertio peccatores quia specialiter conforantur. Mt. Dicte disciipulis eius et petro qui eum negavit. Quarto muliers Luce. Surrexit et occurit. <in margine inferiore 343: mulieribus> **[79r 343]** mulieribus et dicit eis Avete et de maria magdalena. Hec est dies etc. Resurrectio domini est nobis ad gaudium et exemplum et propter hec duo verba dicit exultemus specialiter hodie gaudendum est propter v. causas. Primo resurrectio regis et fratris nostri Lu. xv. Epulari Psa. letabor et pertibor sictimam. Siccima laboriosa interpretatur et significat infernum ubi continuus iia victoria mortis qua in christo realiter victa est in nobis ante in spem. Cor. x. Absorta est princeps huius mundi iudicatus est. Exemplum de beato antonio v[erb?]a. exaltacio nature nostre primo quod mundo se non miscuit et in homo instruimur mundi negocia devitare thi. ii.o et in homo instruimur castitatem et honestatem et scientiam diligere Hebre. x. Patiantiae et sanctimoniam propter gaudium quod generat letemur propter exemplum quod prat..? Nota quod si omni tempore gaudendum sit iuxta illud gaudete in deo scilicet et gaudere oportet quia frater tuus etc. iia. expoliatio infueri Tu autem in sanguine testamenti tui e. vinc. de lacu. labor est quoniam hodie dominus divisit bonos extrahendo et malos reliquendo Osee. xiii. Ero mors tua etc. mors victoria tua iii.a. deictio hostis quia tempore resurrectionis dyabolus multum perdidit de virtute sua. Jo. xii. Iam Eccl. lii. Exaltasti super terram habitationem meam letari etiam possimus propter exemplum et nota quod verbique exempla probuit christus in sua resurrectione nemo militans deo etc. ii. quia a muliere cum esset solus cum sola tangi se non permisit. Io. xx. Noli me tangere sequimi cum omnibus fine qua deum nemo videbit. Tertium quod patientiae discipulis optulit et in homo instruimur patientiae peccatoris cum proximis diligere et conservare Cor. x. patientiae habete et deus pacis et dilectionus erit vobisce. Ro. xii. Si fieri potest quantum ex vobis est cum o. hominibus paciantiae habentes Quartum fuit quod cicatrices vulnerum recinuit et ostendit Gene. Cum omnibus hominibus patientiae habe etc. variis beluum. Item vicia sive modo et ordine persecuta sunt quia modum et ordinem non habent.

Sermo in die sancto pasche [=T28] [79r 343/ 53v 356]

Maria Magdalene et maria iacobi et salome emerunt aromata ut venientes vugerunt ihesum etc. Mt. vl. Sicut dicitur in proverbiis xvii. Omni tempore diligit qui amicus **[79v 343]** est unde sancte mulieres sicut dominum in vita dilexerunt. Ita etiam eo mortuo humaniter obsequium exhibuerunt sicut patet in verbis propositis. Insinuatur autem tria valde notabilia in praesenti ewangelio. Primo enim istarum mulierum devotio commendetur cum dicitur. Maria magdalena et maria iacobi et sa e etc. Secundo resurrectionis veritas declaratur cum dicitur Introeuntes in

monumentum etc. et infra Surrexit non et hic. Tertio poenitentium spes confortatur unde ite dicite discipulis eius et petro etc. | Circa primum nota quod devocio istarum mulierum commendatur ex frequentia quia ut dicunt sancti frequenter ad monumentum domini venerunt et frequenter recesserunt. Item ex festinancia quia valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum Mr vl. Item ex reveremcia quia venerunt cum aromatibus tamquam ad excellentem dominum et magnum. Sic et nobis²³³ veni<.. est> ad dominum ut possius²³⁴ fieri participes gaudii [54r 356] resurrectionis. Significant enim iste mulieres tria in nobis scilicet mentem linguam et manum. Pixis prime marie est contricio in qua est unguentum quod conficitur ex bonis speciebus scilicet ex recordatione proprii peccati multiplicis beneficii dei et timore iudicii. Pixis secunde marie est utilis locutio in qua est est unguentum quod conficitur ex hiis speciebus scilicet peccatorum suorum nuda confessione proximi consolatione peccantis correptione vel intempatione. Tertie marie est recta operatio in qua est unguentum quod conficitur ex operibus misericordie. Monumentum autem est triplex ad quod exemplo istarum mulierum ire debemus. Primum est peccatoris ad quod ire debemus per penarum infernalium recognitionem. Istud est sepulchrum illius divitis. Lu. xv. Secundum est viri iusti ad quod ire debemus per finis ipsius commemorationem. In isto positus est lazarus. Lu. xv. Factum est ut moreretur mendicus et porta in si. ha. Tertium est christi ad quod ire debemus per passionis ipsius recordationem. | Circa secundum nota quod christus sua resurrectionem declaravit multis signis. Primum testimonium fuit angelus habuit enim testimonium angeli in sua annunciatione . Nativitate passione resurrectione ascensione. Angelus ibi lapidem revolut [80r 343] et sedit super eum et mulieres consolatus est dicens Jhesum quem queritis nazarenum non est hic. per hunc significatur conscientia que testis debet esse resurrectionis nostre spiritualis. Qui angelus significatur per illum angelum qui resticcat balaham. Nu. xxiiii. Balaham est anima. asina. caro que portat animam per multas vias deo contrarias. Angelus conscientia que tenet gladium scilicet divine serenitatis sententiam. Angelus iste revolut lapidem quoniam duriciam repollit²³⁵. Et tunc sedet quia tunc primo conscientia requiescit. Conscientia enim peccantis quiescere non potest et mulieres consolatur quia tunc in ipsis poten[54v 356]tiis anime quedam spiritualis consolatio generatur Ps.[118.52] Memor fui iudiciorum tuorum a seculo deo et con[solatus]. Secundum testimonium fuit terre motus per quem significatur timor dei per quem movetur cor humanum. unde Apo. 16. Terre motus factus est magnus et civitas magna idest anima divisa in tres partes scilicet contritionem. confessionem. satisfactionem. Tertium testimonium positio lintheaminum <corr. 343: ur> sudarii in sepulchro sic et nos ponere debemus. phi. iiiii. Deponite vos veterem hominem secundum priscinam conversationem quae corrumpitur scilicet desideria erroris. Sed

²³³ 356: tu

²³⁴ 356: possitis

²³⁵ 356: reputit

heu in multis apparent adhuc signa mortis qui sunt similes lazaro qui prodiit ligatis manibus et pedibus. Jo. xi. Per manus operationes significantur per pedes affectiones quas adhuc ligatas habebat per occasiones ad peccandum et facies resurrectionis ligatur adhuc sudario idest recordatione priscine conversationis. Quartum testimonium fuit ostensio vulnerum. Lu. xl. Videte manus meas et pedes meos quia ego ipse sum. Per manus christi significantur eius operationes. Jo. vii. Multa bona opera operatus sum nobis propter quod opus vultis me occidere Videte manus meas optas expansas et elevatas. Aperte sund ad largendum Psa. Aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione. Extense sunt sive expanse ad revocandum Jere. tota die expandi manus meas ad populus non cre. Ad educendum Amos ix. Si descenderint usque ad infer[80v 343]num inde manus mea educet eas. Elevate sunt ad percuciendum Deu. Levabo manum meam ad celum et dicam vino ego ineternum. Reddam ultionem? hostibus meis et hiis qui oderunt me retri. Item ad benedicendum Lu. xl. Elevatis manibus benedixit eis etc. Mt. iii. Cuius ventilabrum²³⁶ in manu sua et per mundabit aream <corr. 356: suam> et congregabit triticum **[55r 356]** suum in horreum paleas autem conburet igni inextinguibili. Et benedit inla? quia Mt. dicitur iiii. Bene omnia fecit et surdos fecit audire etc. Per pedes affectiones Jo. iii. Maiorem hanc dilectionem neom habet ut ad suscipiendum et nisi te correxeris ad puniendum. vide ergo manus meas expausas ad dandum et supportandum. Nota autem quod beda assignat quattuor causas quare dominus servare voluerit in corpore suo stigmata passionis. Prima fuit ut fides firmantur/firmaretur in discipulos. Secunda ut patri ostenderet quale genus mortis sustinuit. Tertia ut redempti advertant quanta miseri(coridi)a sint adiuti. Quarta ut omnibus appereat quod iuste dampnabuntur. reprobi. Quintam rationem assignat ambrosius dicit. Quod si medicus veniret ad militem vulneratum et quereret si vellet ita curari ut signa vulnerum sine deformitate remanerent. <fehlt in 356: aut quod omnino non apparerent magis eligeret propter indicium stremmitatis quod non sine deformitate remanerent.> Quintum fuit panis fractio lu. xl. in quo significatur elemosiarum largitio tho[bit]. <corr. 356: 12>. Elemosina ab omni peccato et a morte liberat. Nota exemplum beati gregorii de quodam patrefamilias hospitali in omelia? secunde diei pasche. Et non solum elemosina liberat a morte spirituali, sed etiam aliquando a morte temporali et infirmitate. unde legitur in gestis sanctorum cosine et damiani quod cum dives quidam qui eos annis singulis honorabat ad tanta paupertatem devenisset propter infirmitatem in qua decubuerat putrestente Iam altera coxa eius quod nichil haberet nisi mantellam uxoris sue iussit illud vendi et ad honorem sanctorum in eorum natali pauperibus erogari **[81r 343]** Nocte autem eadem sancti infirmo apparuerunt et coxam eius putridam abstraxerunt et coxam cuiusdam invenis eadem die defuncti corpori eius affixerunt et sic plenam adeptus est **[55v 356]** sanitatem.

²³⁶ In 356 eine unleserliche Korrektur über das Wort geschrieben; von Conventilabrum zu Cuius ventilabrum

Sexta fuit frequens et variis modis ostensa apparitio. Apparuit autem decies post suam resurrectionem. Sed in ipsa die pasche quinques. Primo marie magdalene. Secundo marie iacobi. Tertio petro. Quarto euntibus in emans. Quinto omnibus simul excepto thoma. Istam quincuplam apparitionem significatur sacerdos quinques in missa vertendo se ad populum. Versio autem illa que fiet cum silentio significat illam apparitionem quae facta est petro occulte cuius non locus non tempus in scriptura memoratur. | Circa tertium nota quod sicut petrus vocabatur ex nomine ne desperet ex negatione nisi eum angelos nominati.. exprimeret qui magistrum ternegaverat inter discipulos venire non auderet. In quo vere penitentibus spes non solum venire consequende sed etiam familiaritatis divine. Nota autem quod tria fecit dominus consurgens. Petro nomen eius spiritualiter exprimi voluit tamquam ad hoc habens eius memoratum quem ante negationem eius dilexerat. Item ei familiarite apperuit. Et postremo oves suas pascendas ei praeceteris commisit. rogemus ergo karissimum ut sicut in praesenti participes resurrectionis eius sumus. Ita et per gratiam in futuro resurgamus ad vitam eternam. Amen.

Dominica in octava pasche[=T29] [81r 343/ 55v 356]

CUM ESSET DIE ILLA UNA SABBATORUM Jo xx.19 < 88>²³⁷ Thobie iii.[22] dicitur Quod post <tempestatem>²³⁸ tranquillum facis. Et post lamentationem et fletum exultationem infundis sit nomen tuum <deus>²³⁹ benedictum in secula. Dies praecedentes resurrectionem domini, dies scilicet passionis sue fuerunt dies lamentationis et fletus. Sed dies resurrectionis sue dies fu<erunt>²⁴⁰ exultationis propter quod cantatur spiritualiter ipsa die. hec est dies quam fecit dominus etc. Cuius gaudium nobis commemorat praesentis ewangelium unde Cum esset sero die illo etc. et postea gavisi sunt discipuli viso domino.[Jo. xx.20] **[56r 356]** Ubi tria insinuantur primo adventus christi **[81v 343]** resurgentis ad suos discipulos venit ihesus. Secundo adveniendi modus Cum sero esset. Tertio advenientis ipsius fructus dixit enim pax vobis. | Circa primum nota scilicet adventum christi ad suos discipulos. Nota quod tria legimus genera discipulorum scilicet moysi. iohannis et christi. Discipuli moysi signant legem dei scientes sed tamen prave viventes. Qui dicunt Jo. ix. Ad cecum Tu discipulus illius sis nos autem moysi discipuli. Hos arguit dominus Jo. vii. Nonne moyses dedit vobis legem et nemo ex vobis facit legem. Parum valet legem scire nisi hoc operetur propter dicitur ia.[cobus] i.[23] Si quis auditor est verbi et non factor hic con[parabit]ur viro con[sideran]ti vultum etc. Discipuli iohannis sunt de bonis operibus

²³⁷ in margine 356

²³⁸ corr. in margine 343

²³⁹ corr. 343

²⁴⁰ corr. 343

gloriantes unde Mt. ix. Accesserunt discipuli iohannis ad ihesum dicentes Quare nos <et pharisei>²⁴¹ iejunamus frequenter. discipuli autem tui non <iejunant>²⁴² etc. De talibus dixit dominus Mt. vi. Amen dico vobis Recepertum mercedem suam. Discipuli christi sunt qui quanto plus <boni>²⁴³ fecerint tanto de se humilius sencidunt quales fuerunt de quibus hic dicitur venit ihesus et stetit in medio eorum. Legimus christum venisse ad discipulorum consolationem Mt. vii. Videns eos laborantes in remigando circa quartam vigiliam noctis venit ad eos dicens. habete fiduciam. Ego sum In mari laborant qui in amaritudine poenitenite vivunt. Ad istos venit ihesus quarta vigilia noctis. Nox est status vite praesentis. Prima vigilia qua vigilare debemus est circa propriam conscientiam ipsam frequenter disuciendo Mr. xiii Videte vigilate et orate. Secunda circa corpus proprium ipsum affligendo ecclesiasticus <31>²⁴⁴[.1] vigilia honestatis tabe<facit>²⁴⁵ carnes. [56v 356] Tertia est ad deum devote orando eccl. <39>²⁴⁶[.6] Iustus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad domino qui fe[cit] il[lum] et in conspectu altissimi deprecabitur. Quarta est circa proximum ipsum edificando Apo. iii. Esto vigilans et confirma ceteros et infra si non vigilaveris veniam tamquam fur et hora qua nescis veniam ad te. In ista vigilia dominus venit ad penitentes. [82r 343] et amaritudinem poenitenite in dulcedinem convertit divine consolationis. Ps. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde mei conso. t le a m. Item ad torpencium excitationem quod significatur lu. xxiii. ubi dominus post quam surrexit ab oratione in qua factus fuit sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Reversus ad discipulos invenit eos dormientes et dixit Surgite et vigilate. Iste sompnus est torpor negligentie. Unde in actibus xii. dicitur petro qui erat dormiens inter duos milites vinculos cathenis duabus. Petrus qui interpretatur agnoscens significat quemlibet deum per fidem agnoscedo cui deus dat cognoscere suam voluntatem et quoniamque propriam iniquitatem hic dormit tempore resurrectionis inter duos milites qui sunt mundana vanitas et carnalis voluptas. Due cathene sunt spes venie et promissio longiore vite. Angelus adverens est ipse christus qui astat per gratie infusionem et latus partutit per flagellorum immissionem et sic excitat hominem a bono torpentem. Istud quod hodie promissum fuit. Jo plorabit et flebitis vos mundus autem gaudebit. | Secundo insinuatur adveniendi modus <notandum>²⁴⁷ Cum esset sero die illo et infra. Et fores essent clause in quo insinuatur quod ipsius adventus per sensum <nostrorum>²⁴⁸ [57r 356] a nocivis coibitionem et cordum apertione Apo. iii.[20] Ego sto ad hostium et pulso. Siquis <audierit vocem meam et aperuit ianuam introibo ad illum et cenabo cum illo et ipse

²⁴¹ in margine 343 et in textu 356

²⁴² corr. 343

²⁴³ corr. 343

²⁴⁴ in margine 356

²⁴⁵ corr. 356 et in textu vulgatae

²⁴⁶ in margine 356

²⁴⁷ in margine 343

²⁴⁸ in margine 343 et in textu 356

mecum^{>249} etc. Iotas foras claudere neccesse habemus. Primo ut peccatum excludatur quia quando aperiuntur sensus nostri per curiosam vagationem tunc intrat peccatum sicut conquieritur propheta. Jere. ix. Ascendat mors per fenestras nostras ingressa est domus nostras disperdere parvulos de foris iuvenes de plateis Za. ix. Aperi libane portas tuas Lybanus vocatur hoc templum de liguis lybam quod significat animam. Aperi ergo lybane portas tuas quasi diceret si tu anima sensus duos aperueris ut oculus ad videre dominus vana linguam ad loquendum. Aures ad audiendum etc. de aliis consumet peccatum quidquid habes virtutis. Secundo quod gratia [82v 343] in te retineatur quod significatur ge. xxxix. Ubi dicitur quod ioseph fuit clausus et erat deus cum eo et misertus est illius et dedit illi gratiam unde et susanna per quam significatur animam devota volens lavari clauso hostio. Tertio ne ingrediatur dyabolus ad interficiendum. Rr[eges?] vi. Dixit helyseus videte cum venerit nuncius claudite hostium et non sinatis eum introire. Quarto ut premium optineatur Mt. vi. Clauso hostio ora patrem tuum et pater tuus qui videt in abscondito red. tri. Tertium est adventus eius fructus cum dicit pax vobis. Primus fructus est ad deum perfecta reconciliatio unde stetit in medio et dixit Pax. vobis. Antequam christus venerit in animam per gratiam est continua inquietudo inpii quasi mare fervens quiescere non potest. sed redundant fluctus eius in conculationem et lutum. Ysa [57v 356] lvii. Triplicem pacem fecit christus propterea dicitur in ewangelio ter pax vobis. Prima est pax perpetue reconciliationis ad deum. Secunda hominis ad seipsum. Tertia carnis ad spiritum et quia hec erunt in eternitate quod nobis initialiter in oculta resurrectionis. <Ideo significanter dicit ewangelium hoc factum in oculta die resurrectionis>²⁵⁰ vel ter dicit pax vobis quia nobis facta est a patre et filio et spiritu sancto. Jero. Et quia iustus non habebit inquitudinem temporis nec peccatoris cum moratu. Ideo cum sero esset dixit bis pax vobis. Et quia in resurrectione habebit pacem eternitatis que una est omnibus. Ideo die occulto semel dixit pax vobis. Secundus fructus est ad divinum amorem inflammatio unde cum hec dixisset ostendit eis manus et latus Signa sue resurrectionis dominus resursum fuerat demonstraret. Secundo ut ad credendam resurrectionem eius discipulos informaret. Tertius fructus est spiritualis renovatio unde insufflavit et dixit Accipite spiritum sanctum. Bis dedit dominus spiritum sanctum ut hic quoniam inlamavit et hoc ad perfectam eorum renovationem contra seviciam tribulationis propter quod etiam datus est in ignem. Quartus fructus est spiritualis letificatio unde favisi sunt discipuli viso domino. <ergo merito>²⁵¹.

Dominica secunda post pascha [=T30] [82v343/57v 356]

²⁴⁹ in margine 343 et in textu 356

²⁵⁰ fehlt in 356

²⁵¹ in margine 343

ALIAS OVES HABEO QUE NON SUNT EX HAC OVILI ET ILLAS OPORTET Jo. x.

Sicut dicitur sapie. vi. pernulum ipse fecit et equalis est [83r 343] ei cura de omnibus unde sicut de iudeis Ita est ei cura de gentibus sicut enim sanguinem suum fudit pro illis ita et pro istis. unde et cayphas prophavit dicens Jo. xi. quod ihesus moriturus erat pro gente et non tamen pro gente sed ut filios dei qui erant dispersi congregaret in unum et hoc est quod dicitur Alias oves etc. fiet unum ovile. Notatur autem quattuor in verbis propositis. Primo quis ist sic qui habere oves dicitur. Secundo [58r 356] quid per oves intelligitur. Tertio quid qualiter istas oves adduxerit. Quarto quod est ovile ad quod adducit. Circa primum notandum quod iste est ille qui dicit in ewangelio. Ego sum pastor bonus de quo iin isto ewangelio dicuntur tria scilicet quod oves suas cognoscit quod animam suam pro eis posuit et quod de reducendo eas ad ovile studium apposuit unde dicitur et illas oportet me ad[ducere; Jo. 10] Ipse uitque oves suas cognoscit et idcirco eos qui non sunt de ovibus suis protestatur se nescire. Amen inquit dico vobis Nescio vos. Discedite a me qui ope. iniquitis. Animam etiam pro eis posuit unde surrexit pastor bonus. Ipse etiam de ovibus ad ovile adducendis magnam diligentiam apposuit quia modo per prophetas modo per apostolos modo per seipsum modo praedicatores modernos oves adducere studuit. Primum istorum potest nobis incutere magnum timorem ex quo suas oves tam diligenter agnoscit multum quippe timere possumus ne aliquid in nobis inveniat quod oculis sue maiestatis dispiceat. Secundum potest nos multum excitare ad amorem quod pro nobis voluit animam suam ponere dei filius. Jo Maiorem caritatem ne ha ut a su unde valde ingrati sumus si vitem ei non rependimus. Tertium requirit a nobis oboedientiam et promptum assensum. Signatur autem dicit dominus se esse pastorem bonum in quo intelligere dat aliquem pastorem esse laum illum scilicet de quo Zath. xi. Ecce ego suscitabo pastorem in terra qui derelicta non visitabit. dispersa non queret contritum non sanabit et id quod stat non miteret carnes perignum²⁵²/ pingnium²⁵³ commedet et ungulas eorum dissoluet. O Pastor et ydolum derelinquus gregem gladium super brachium eius et super oculum eius dextrum. Brachum eius ariditate [58v 356] siccabitur et oculus eius dexter tenebrestens obscurabitur. Totum istud potest exponi de antechristo. Secundo videndum est quid per oves intelligitur de quod dicit Psa. Ipse est dominus deus nos autem post eius etc. Et hec oves dicuntur esse de alio ovili chrisit scilicet gentiles de quibus nos venimus qui in erro[83v 343]re fuerunt et in ovili dyaboli propter quod dicit Jem. liii. omnes nos quasi oves erravimus. Si ergo oves chrisit esse volimus oportet quod conditiones ovium habeamus Ovis est animal mundum. pacificum. pacientissimum et naturaliter vitat lupum. Sic et nos simus. Circa tertium notandum quod oves istas adduxit sollicite querendo. Luc. xv. Quis ex vobis homo qui habet centum oves et si perdiderit unam ex eis etc. queret diligenter etc. Item pro ovibus suis

²⁵² 343

²⁵³ 356

animam ponendo. Jo. x. Animam meam po. pro. o[vis]. Item de inventione et adductione gaudendo. Luc. xv. Imponit in hu. su. gaudens. Circa quartum notandum quod istud ovile est vita eterna ad quam pertinent oves christi. Mt. cum venit filius ho. in se ma su etc. Segregavit eos ab ivicem sicut segregat pastor oves ab edis et ibunt hii in supplitium eternum. Iusti autem in vitam eternam ad quam nos perducat ihesus christus qui est benedictus.

Dominica tertia post pascha [=T31] [83v 343/ 58v 356]

AMEN AMEN DICO VOBIS QUIA PLO[RABITIS] ET FLE[BITIS] VOS etc. Jo. xvi.[20] Ezech. dicitur vidi et ecce manus missa ad me in qua erat liber innolutus et expandi eum ante me et scripte erant in eo lamentationes et carmen et ve. Secundum glossam Manus ista est filius dei. liber sacra doctrina tria que liber iste continet sunt tria ille quae christus docuit. scilicet lamentationes praesentium? ve dampnatorum et carmen bonorum et tria hec insinuantur nobis in verbis propositis. ubi tria facit dominus. Primo pie volentium vivere praedicit adversitatem. Amen di[cit] vo. plo. et. fle vos. Secundo mundum diligentium ostendit **[59r 356]** iocunditatem. Mundus autem gaudebit. Tertio pro se patientibus promittit felicitatem. Sed tristitiam vestram v.. in gaudium. Primo ergo pie vivere volentium praedicit adversitatem et potest sic notari triplex tam/causa quare plorant et flent spiritualiter penitentes et est etc. triplex causa quare debent plorare et flere omnes iusti generaliter penitentes flere possunt ... triplici de ca[usa?] scilicet pro peccatis que comiserunt. pro bonis que amiserunt et pro pena quam merverunt. Ideo dicitur hic plora. et fle. et contrastabim de primo dicitur Jerim.. xxxi [Mt. 2.18] vox in rama au[dita] est plo[ratus] et vlu[latus] filiorum israel. de secundo Jere iii.iii Non est veritas non est misericordia non est scientia dei in terra. Intra et propter hoc lugebit idest merito potest lugere terra. de tertio Iacobi v. Agite nunc divites plo et ulu in miseriis quae superne vobis. Sed iustos possunt tria provocare ad fletum scilicet visionis dei elongatio Tren. i. Idcirco ego plo[rans] et ocul[us] meus de[ducens] la[qua?] quia longe factus est a me consolator **[84r 343]** Ps. fuerunt mihi la me pa di. Ps.[119.5] Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est hoc potuit clamare Adam qui ab hac visione elongatus fuit annis duobus milibus et ducentis. Item districter iudicii recognitatio. Ideo dicitur. Luc. xxiii.[28-30] Filie iherusalem nolite flere super me. se su[per] vos ipsas flete. quoniam ecce ve[nient] di[es] in quiebus [...] di[cere] mon[tibus] ca[dite] su[per] nos quasi diem iudicii ad memoriam reducite etc. Potestis flere quia iudex nemini partet. Proverbi xxvi. Zelus et furor non partet et nihil in ex animatum dimittit. Ecc. vlc.[1.14] Cuncta que fiunt sub sole adducet deus in iudicium pro omni errato etc. Item futuri status incertitudo. Ecc. xi. Nescit homo utrum odio an amore dignus sic sed omnia in futurum reservantur incerta. Secundo insinuat diligentium

mundum iocunditatem. Mundus autem gaudebit. Gaudium mundi solet esse de iniquitis prop superitate proverbi letantur cum male fe et exultent in rebus pes. Item [59v 356] in bonorum oppressione et adversitate unde apoc. xi. Interfectis helia et enoth inhabitantes terram gaudebunt super illos et iocundabuntur et munera mittent quoniam hii duo prophete cruciaverunt eos qui habitunt super terram. Item in carnis lascivia et dissolutione Ysa. In die illa vocabit dominus ad fletum etc. et Ecce gaudium et leticia occidere vi. commedere carnes et bibere vinum. Sed gaudium illud cito transiit Job. xx. Gaudium hypocrite ad instar puncti. Job. xxi.[7+12] Impii nunc subliviati sunt confortatique deliciis tenet tympanum et cytharam et gaudent ad sonitum organi ducunt in bonis di[es] su[os]. Sic dives ille qui epulabatur cotidie splendide et indu pur. etc. Ad ultimum sepultus est in inferno. Quod etiam ostendit parabola dicitis illius Luc. xii. Anima mea habes multa. Infra Stulte hanc noc re avi. Item sive permixtione doloris nuncquam exsistit. Proverbi. xiiii. Risus dolore miscebitur. Item ad eternam tristiciam dicit Apo. [18.7] Quantum glorificavit se et in deli[ciis] fu[it] tantum da[te] ei tor[mentum] et luctum. Tertio promittit perserverantibus felicitatem. Sed tristicia vestra vertetur in gaudium. Istud gaudium erit impermixtibile. Ysa. li.[35.10] gaudium et letitiam obtinebunt et gemitus fugiet ab eis et dolor. Item incomparabile Pe. i. Credentes exultabis letitia inenarrabili Cor. ii. Oculus non vidit nunc au au Psa. Quam magna multitudo dulce tu. Ita multa est quod auris nuncquam sufficienter audivit nunc audiet in vita ista. Ita magna quod et intellectus humanus in hac vita [84v 343] eam comprehendere non potest. Ita absconditus quod oculus mortalis nuncquam vidit. Item est inamissibile. Jo. xvi. Item vi vos et gau cor vestrum et gaudium vestrum ne tol a vobis. Ysa. li. letitia sempiterna super ta eorum gaudium et exultatio quod nobis concedit.

Dominica quarta post pascha [=T32] [84v 343/ 59v 356]

CUM VENERIT ILLE [60r 356] ARGUET MUNDUM dE PECCATIS Jo. xvi. Sicut dicit Psalmus. [93.19] Secundum multitudinem do[lorem]. in cor[de] meo unde ihesus christus qui in hunc mundum venire voluit eis ad consolationem qui tendere voluerunt eis ad iudicium qui credere nouuerunt et in sua iniustitia perseveraverunt videns discipulos suos contristatos et mundi amatores letos promittit adventum sancti spiritus qui discipulos consolaretur et argueret mundi amatores et hoc est quod dicitur cum venerit et effectum eius in mundi amatoribus insinuat. Ille ar. mundi Circa primum notandum quod adventus spiritus sancti valde neccesarius fuit. discipulis quia indiguerunt consolatione instructione et confortatione fuerunt enim desolati. dubii et infirmi. venit ergo spiritus sanctus et consolabatur desolatos instruxit dubios et confortavit infirmos propter hoc appellatur spiritus sanctus tripleriter praesenti ewangelio scilicet

spiritus parachlitus idest consolator. Si enim non abiero para non ve[nit?] ad vos. Si autem Item spiritus veritatis Cum autem ve[nerit] il. spiritus veritatis. Item spiritus futura annuntians et quae ven sunt an vo. In quo significatur confortatam quia homo confortatur ex hoc quod praestit ea que sunt ventura. Circa secundum notandum quod spiritus sanctus adveniens arguet mundi amatores de peccato quod commiserunt de iustitia quam pretermiserunt et de divino iudicio quod non formidaverit. Secundum Jeronimum Tria sunt delicta generaliter quibus subiacet genus humanum aut enim cogitatione aut sermone aut opere peccatum unde et peccatum sic diffinitur. Peccatum est quodcumque dictum vel factum vel cogitatum contra legem dei. de hiis tribus arguet spiritus sanctus mundum Ps. Peccatori autem dicit deus quare tu enar. Infra. Sedens adversis fra. tu. Infra. Arguem te et sca. Item est triplex iustitiam quam requirit dominus. Primum requierit ab hiis qui peccaverunt carne propria de qua. Convertimini peccatores et facite iustitiam coram domino. credentes quod faciet vobiscum misericordiam suam. Re. vi. Sicut ex[60v 356]hibuistis membra vestra etc. Ita nunc exhibete etc. Secundum requirit ab hiis quibus mundi facultas est concessa. Ro. ultio? Filiis vestris mandate ut faciant iustitiam et elemosiam Ysa. Frange esuriente pa. t. et ege. Tertium requirit ab hiis quibus iudicaria potestas est concessa. Sap. i. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Non mu[85r 343]nera non cognationem non amicitiam ut declinetis a iustitiam. De istius triplicis iustitiae omissione arguet spiritus sanctus mundum. Inde veniet dominus in sanctis milibus suis facere iudicium contra omnes et arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impie egerunt et de omnibus verbis duris que locuti sunt contra deum peccatores impii. De secundo Mt. xv. Esurivi et non de mihi man. De tertio Sap. vi. Audite me o reges et intelligite. discite iudices finium terre prebete aures vestras qui continetis multitudines et placetis vobis in turbis nationum quoniam data est vobis potestas a domino et virtus ab altissimo qui interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur quoniam cum essetis ministri regni illius non recte iudicantis neque custodistis legem iustitiae neque secundum voluntatem dei ambulantis horrende et cito apperebit vobis quoniam iudicium durissimum in hiis qui presunt fiet. de iudicio conqueritur ysa. conversum est iudicium retrosum et iusticia longe stetit et hec est causa quare regne plurima sunt destructa. Ecc. x. Regnum de gente in gentem transfertur propter iniurias et iniusticias et contumelias et diversos dolos. Item de triplici iudicio arguet spiritus sanctus iudicium. Arguetur enim homo quia contra iudicium proprie conscientie fuit negligens et iniustus. Item quia contra iudicium proximi sui fuit temerarius. Item quia contra iudicium dei fuit intrepidus et improvidus. unde circa iudicium proprie conscientiae oportet nos esse valde sollicitos. Mich. vi. Indicabo tibi o homo utique facere iudicium tui ipsius videlicet quia Cor. ix[xi.31]. Si nosmetipsos iudicaremus non utique iudicaremur. Item circa iudicium [61r 356] proximorum valde cautos quia diligenter dicet seipsum considerare qui vult alium iudicare. Ro. xiiii. Tu quis es qui iudicas alienum sernuum in quo enim alterum iudicas

te ipsum condempnas. Ro. ii. Item circa dei iudicium valde timentes et paranidos. Job. xxxi. Quid faciam cum venerit dominus ad iudicium. Sic fecit Jeronimus qui dicit. Sive vigilo sive dormio sive bibo sum commedo super videtur mihi vox illa terribilis insonare. Surgite mortui venite ad iudicium. Rogemus ergo dominum ut sic iudicium eius metuamus in praesenti ut non nimis graviter arguamur a spiritu sancto in futuro quod nobis prestare digneut deus. Amen.

Dominica quinta post pascha [=T33] [85r 343/ 61r 356]

USQUE MODO NON PETISTIS QUITQUAM IN NO[MINE] MEO Jo. xvi.[24]
vulgariter dicitur plus paratus est deus dare quam nos recipere. unde nostra pigritia reprehenditur divine largitatis promptitu[85v 343]do ostenditur cum dicitur usque modo non petistis ubi duo insinuantur. Primo dominus reprehendit in nobis orandi negligentiam usque modo non pe. Secundo monet ad orationis {ad}²⁵⁴ instantiam Petite et accipietis. Circa primu ergo notandum quod impeditur oratio alicuius ne exaudiatur vel quia indignus est qui petit. Exemplum de balaam. Jac. iiiii. Petitis et non ac qo quod ma pe. Item quia indignus est pro quo petitur. Jeremie. vii. Noli orare pro populo hoc nun assinues pro eis laudem et orationem quia non exaudiam te. Item quia non expedit quod petitur. Exemplum de paulo. Item quia deus vult magis incendi desiderium eius qui petit. Exemplum de muliere chananea. Notandum etiam quod orationis negligentia in tribus consistit scilicet in omissione hore debite materie et forme hoc est quando non oratur quando orari debet vel id quod debet vel quomodo debet unde dicit bernardus quod querentes solent triplerter fraudari qui querunt quod non oportet autem non sicut oportet. Primo ergo modo scilicet ex omissione hore debite fraudantur orationes eorum qui tarde convertuntur. **[61v 356]** Quod significatur Mt. xxv. ubi dicitur Novissime ve et re ver di domine domine aperi nobis et dicit eis. Nescio vos et tam est quia hora debita non venerunt. Ideo dicit Ysa. [55.6] Querite do[minum] dum inve[nire] potest. Secundo modo ex omissione matre frustrantur orationes eorum qui petunt quod eis non expedit. ut de paulo. Tertio modo ex omissione debite forme. furstrantur orationes eorum qui petunt non sicut oportet. Ia. iiiii. Peti et non ac eo quod primam negligentiam reprehendit dominus cum dicit usque modo. Secundam non petistis <tertiam>²⁵⁵ in nomine meo. Secundo hortatur nos ad orationis instantiam ibi. Petite et ac. omnium siquidem hora petendus est deus et orandus. secundum illud. Luc. [18.1] Oportet semper orare cuius ratio triplex potest assignari. Prima est quia omni hora delinquimus. Proverbi. xviii.[24.16] Sepcies in die cadit iustus. Secunda est quia in omni hora ab adversario impugnamur Pe. Adversarius vester dyabolus.

²⁵⁴ nur in 356.

²⁵⁵ corr. in margine 343 et in textu 356.

Irascimini et nolite²⁹¹ pec[care]. Secundo dissuadet contumeliosam convictionem cum dicitur [Mt. 5.22] *Qui autem dixerit fatri suo racha reus erit con[94r 343]cilio* et consensu iudicio sine sententia dando in eum. Racha est interiectio indignationem exprimens. Tertio dissuadet diffamatoriam exprobrationem cum dicit. [Mt. 5.22] *Qui autem dixerit fa[tue] reus erit ge[hennae] ignis* iste est processus quoniam iudicio culpa discutitur et adhuc est locus defensioni. In consilio cum culpa iam est certa de pena tractatur. In iehenna autem pena infligitur. | Circa tertium notandum quod in offerendum minus tuum de proprio non de alieno. Proverbi iii.[9] *honora dominum deum tuum de tua substantia* sic enim dicitur Ecci xxxiiii.[21] *Immolantis ex iniquo oblatio est maculata.* Ideo dicitur Sine causa elemosinas facis de rebus quibus alios spoliasti. Quid enim prodest tibi si unus pro te oret alius adversus te deum interpellat. Item ubi est offerendum quia ad altare materiale quia homo ibi debet offerre munera sua non turpibus personis ut hysteronibus et consimilibus nichil per altare potest intelligi christus unde omne quod pro christi nomine datur quasi super altare venit. Item qualiter offerre debeat quia ille qui concors est fratri unde dicit [Mt. 5.22] *vade prius reconciliare fratri tuo.* Talis enim offerens placet deo dicitur enim Ecclia. [xxv.1-2] *In tribus beneplacitum est anime mee quod sunt probabilia coram deo et hominibus Concordia fratrem amor proximorum et vir et mulier sibi bene consentientes.* [72r 356] Rogemus ergo dominum ut sic fratri reconciliari possimus quod dingum deo sacrificium offeramus quod nobis praestare dig. deus. Amen.

Dominica septima [=T47] [94r 343/ 72r 356]

Misereor super turbam Mt.²⁹² viii.[2] Tria convivia sollempnia legitur dominus in hoc mundo fecisse. de uno legitur in media quadragesima quando de quinque panibus saciavit quinque milia hominum. Alterum fecit in die cene quando discipulos suos saciavit carne sua et sanguine. de tertio agitur in presenti dominica ubi dicitur de vii panibus saciasse misericordia hominum et hoc est quod dicitur *Misereor super turbam* et tanguntur ibi tria. Primo gratia divine miserationis. *Mise su turbam.* Secundo meritum refectionis quia *Ecce iam tri[duo] sus[tinet] me.* Tertio reficiendi modus et *acci/piens]. sep[tem]. pa[nes].* | Circa primum notandum quod misericordia dei magna est. Secundo quod benigna. tertio quod discreta. Est autem magna omni genere magnitudinis. Solet enim dici magnum quod est altum. quod profundum quod latum et quod longum. Sicut alta arbor dicitur magna arbor. profunda aqua magna aqua. lata domus magna domus. longa via magna via. Ad similitudinem huius misericordia dei magna dicitur quia ad celos attingit ibi nos pro laboribus

²⁹¹ nur 356, 343 = no.

²⁹² Markus

nostris praenuando. Ps. [56.11] *Magnificata est usque ad celos misericordia tua*. Item dicitur magna quia ad inferos se extendit iure liberando. Ps. [85.13] *Ex parte generis humani Misericordia tua magna est su[per] me et eru[sti] ani[mam] me[am] ex [94v 343] infer[no]*. infe[rnum] idest animas quorundam non solum de limbo primum sed etiam purgatorio quod est inferius illo et secundum opinionem unam ex praevilegio spirituli aliquos non finaliter dampnandos de inferno ipsisu dayli ut traianum pro quo oravit gregorius. Item magna quia ad omnes se extendit. Ps. [32.5] *Misericordia domini ple[na] est ter[ra]*. Item magna quia in nullo tempore et in nullo statu misericordiam suam subtrahit. Ps. [102.17] *Misericordia domini ab eterno et usque [72v 356] in eternum*. Secundo considerandum est quod benignitas misericordiae divine patet in peccatoris pacienti exspectatione pe. *patiente exspectat propter nos Ysa. [xxx.18] propterea exspectat dominus ut miseratur vestri*. Secundo in eius benigna susceptione [Sap. xi.24] *Misereris omnium quoniam omnia potes dissimilans peccata hominum propter misericordiam²⁹³*. Exemplum de filio prodigo Luc. xv. Tertio in suscepti custoditione ne retidinet. Ps. [93.18] *si dicebam motus est pes meus*. pes movetur quando homo temptatur sed misericordia dei adiuvat ne in peccatum cadit. Tertio ostenditur quasi sicut discreta. Quamvis enim in deo sit misericordia liberans et misericordia relaxans tamen misericordia liberante non miseretur nisi iustis. Secundo tangitur meritum refectionis motum. scilicet ex parte turbe quare dominus debuit eos ibi reficere. Quia ecce iam tui susci per hoc triduum potest intelligi. cognicio veri. detestatio mali et amor boni. Nec habent quod manducent spiritualiter indigent. cibo tria genera hominum parvuli itinerantes et infirmitate convalescentes. Tales sunt penitentes noviter conversi de peccato. Sunt enim quasi puri iubecilles²⁹⁴ et invalidi et quasi itinerantes quia noviter aggressi sunt viam paradysi et quasi noviter convalescentes qui maiorem appetitum habent cibi. | Tertio tangitur modus reficiendi. Acci ihesus sep. pa. Isti vii panes sic accipi possunt ut primus dicatur male vite sollicita recogitatio Apoka. ii.[5] Memor esto unde incideris et age poenitentiam et prima opera tua fac. Secundus humilis in confessione accusatio. Eccle[siasticus]. iii.[7] Presbitero humilia animam tuam. Tertius est pro commisso excessu ingis dolor et indignatio. Ps. [37.18] *dolor meus in conspectu meo semper*. Quartus anxius timor relabendi. Ecclesia[sticus]. iii.[1] [73r 356] Fili accedens ad ser[vituti] dei sta in iustitia et timore et p[re]para ani[mam] quia Eccle[siasticus]. xxvii.[4] Nisi in timore tenueris te. instanter subvertetur domus tua. Quintus est desiderium proficiendi. Eccle[siastes]. ix.[10] Quidquid potest manus tua instanter operare. Sextus est sanctorum imitatio. Iac. v.[10] Exemplum accipite fratres exitus mali et longanimitatis laboris et patientia prophetarum qui locuti²⁹⁵ sunt nomine domini [95r 343] Septimus est malorum suorum digna compunctio sic fecit magdalena de qua gregorius quod tot habuit in se oblectamenta tot de se fecit holocausta. Aliter potest dici quod primus panis est corporalis qui

²⁹³ Vulgata: paenitentiam

²⁹⁴ 356: iubecilles

²⁹⁵ 343: loquiti

subvenitur indignetie quem cotidie petimus dicentes Pater noster. Secundo sacre scripture. Mt. iiii.[4] *Non in solo pa[ne] vi[vit] homo.* Tertius divine gratie Ysa. lv.[2] *Quare appenditis argentum non in panibus.* Quartus poenitentie. Ps. [41.4] *Fue[runt] mihi la[crimae] me[ae] pa[nis] di[em] ac nocte[m].* Quintus eucharistie Ioh. vi.[52] *panis quem e[go] da[bo] ca[ro] me[a] est.* Sextus spiritualiter consolatio. Ecclesia[stes]. ix.[7] *Comede in leticia panem tuum [...] quia deo placent opera tua.* Pisciculi autem pauci sanctorum exempla significant quia sicut pisces panem condunt ita sanctorum exempla laborem nobis poenitentie tolerabiliorem reddunt unde gregorius. labores praecedentem patrem recolamus et tunc gravia non erunt quae sustinemus et bene dicuntur pisculi pauci quia Mt. xxii.[14] *Pauci vero electi et sicut pisces respecti carnium sunt.* Contemptibiles sic sancti in hoc mundo [1.] Cor. [iiii.9] *Spectati facti sumus huic mundo. sed Sap. v.[3]* dicitur de eis *hii sunt quos aliquando habuimus in derisum* et ecce [5] *quomodo computati sunt inter filios dei.* Pisces etiam dulcem aquam quaerunt libenter. Sic sancti de amaritudine. Praesentis vite semper ad patriam tendunt et sicut piscis cor habet in capite sicut sancit in christo. Ideo Apostolus Ro. viii.[38] *Certus sum quod neque mors neque vita etc.* Rogemus ergo deum ut ipse nos hiis panibus et hiis **[73v 356]** piscibus reficere dignetur. Amen.

Dominica octava [=T48] [95r 343/ 73v 356]

Omnis arbor que non facit fruc[tus] bo[num] exci[ditur] et in ig[nem] mit[titur]. Mt. vii.[19]. Multis modis nititur deus nos attrahere ad vitam eternam quia aliquando beneficiis. Aliquando blandiciis. aliquando gravioribus connumerationibus sicut dicitur in verbis propisitis ubi tria sunt accendenda. Primo quid hic per arborem intelligitur. Secundo quid per fructum qui in ea requiritur. Tertio quid per sententiam quae arbori infructuose infligitur. Circa primum sciendum quod per arborem quibus homo intelligitur sicut patet Jeremi xvii.[7] *Benedictus homo qui confidit in domino et erit dominus fiducia eius et erit tamquam lignum quod circumplantatur super aquas et ad hu[morem] mit[tit] ra[dices] su[suas] et [...] erit folium eius viride [...] nec aliquando desinet facere fructum.* Terra in qua haec arbor radicari debet est caritas. Eph. iiiii.[17] *In caritate radicati et fundati.* Istam arborem tria impediunt fructificare scilicet ventus superbie. frugis avaricie et estus luxurie. Mt. vii.[25] *descendit pluvia venerunt flumina flaverunt venti* **[95v 343]** *et irruerunt in domum illam.* Hominem significatur autem per tria genera arbor tria genera hominum. Per olivam significatur boni layci qui operibus misericordie inserviunt. Quibus per ieremi xi dicitur Oliva, uberem pulchram fructiferam speciosam vocavit dominus nominum tuum istam olivam ut producat fructum bonum. firmat dominus frequenter appositione bonorum temporalium sed quia quidam infructuosi inveniuntur. ideo illis dominus exscidi facit et alias trunco illorum inserit. Job. xxvii.[16-17] *Si conportaverit quasi terram argentum et sicut lutum praeparaverit vestimentum. praeparavit quidem sed iustus vestietur eis et argentum*

innocens dividet. Per vitem²⁹⁶ autem significatur clericus Osee x.[1] *vitis frondosa israel fructus eius adequatus est ei folus ei verborum debet respondere fructus operiri.* Israel vir videns domini interpraetatur et significatur clericum qui non solum sicut [74r 356] layci cognoscit deum per creaturas sed etiam per scripturas. Iste debet esse vitis frondosa et fructuosa. Sed vitis quandoque de generat sicut conqueritur dominus Ysa. [v.4] *Expectavi ut pareret uvas et fecit labruscas.* Sed terminale est valde quod dicitur de hac vite Eze. xv.[2] *Quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum que sunt inter ligna siluarum.* Numquid tolletur ex ea lignum ut fiat opus et fabricatur et dependeat de ea quocumque vas. Ecce igni datum est in escam utramque partem eius consumpsit ignis et medietas eius redacta est in favillam. per ficum intelligitur religiosus de huiusmodi ficulus dicitur Jere. xxxiiii.[3] *Quid tu vides iheremia et respondi fucus bonas bo[nas] val[de] et ma[la] ma[la] val[de].* igitur ut dicit augustinus. Sicut non inveni in claustro meliores quam qui in claustro perfecerunt ita nec deteriores quam qui in claustro deferunt. | Circa secundum notandum quod fructus qui in ista arbor requiritur est bona operatio. Arbor enim qui fructum istum non tulit maledicetur. Mt. xxi. Maledixit ei et continuo arefacta est a radicibus. Notabile est autem quod quedam sunt arbores quae faciunt fructum nullum. Sap. v.[13] *virtutis nullum signum valuimus ostendere* alii fructum inutilem qui in mortali peccato bona opera faciunt. Sap. iii.[11] *vacua est spes eorum et labores sine fructu.* alie fructum mortiferum qui scilicet peccata mortalia faciunt alie tamen habent folia et significant illos quorum tota virtus est in verbis. alie folia puugitiam[?] ut nivi petrus²⁹⁷ et significat detractores. Alie folia fotencia ut sanibus et significant luxuriosos et de luxuria libenter loquentes. | Circa tertium notandum quod duo committatur[?] [96r 343] domine arbori infructuose scilicet succisionem et combustionem per quae duo significatur. mors temporalis et pena eternalis unde dicit succidetur per mortem temporalem et in ignem mittetur eterne dampnationis quae pena licet sit in[74v 356]tolerabilis tamen secundum chris. gravius est separari a visione conditoris unde dicit intolerabilis est iehenna verum etiam si mille ponat quis iehennas vel tale esse quale est excidere a gloria illa et audire non novi vos. Et enim melius est sustinere decem milia fulmina quam faciem illam mansuetam aversam videre a nobis vigilate ergo omni tempore orantes ut digni habeamini fugere omnia ista quae ventura et stare filium hominis. Quod nobis praestare dignetur qui vi et reg. Amen.

²⁹⁶ 356: vocem?

²⁹⁷ 343: perus?

Dominica nona [=T49] [96r 343/ 74v 356]

Homo quidam erat dives qui ha[bebatur] villicum [Luc.²⁹⁸] xviii.[16.1] Multis generibus hominum assimilat se dominus in sancto ewangelio quia aliquando homini seminanti. aliquando homini negotiari. aliquando homini peregrinanti et aliquando homini villicum habenti ut patet in ewangelio praesenti. Sicut enim villicus non potest contradicere quandocumque dominus suus eum removere voluet sic nec homo quandocumque eum dominus de hac vita vocare voluerit. tanguntur autem in hoc ewangelio tria. Primum est valde vitandum sive cavendum scilicet nota diffamacionis ibi [16.1] *bis diffamatus est apud il[um]*. Secundum est formidandum scilicet iudicium examinationis. [16.2] *Quid hoc au[dio] de te red[de] ra[tionem] vil[icationis]*. Tertium est imitandum scilicet providencia discretionis. [16.3] *ait in[tra] se scio quid fa[ciam]*. | Dicit igitur homo qui est di[ves] qui ha[bebatur] vil[icus]. Villicus dicitur quasi ville custos. Commendaverat quidem dominus omni homini villam conscientie custodiendam. Deu. iiiii. Custodi temetipsum et animam tuam sollicite et Proverbi. iiiii. Omni custodia serva cor tuum. Villicus iste diffamatur a tribus a creatura Sap. v.[18] *Armabit creaturam ad ultionem inimicorum* et pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos. Item diffamatur a scriptura Joh. v. Est qui accusat vos moyses in quo speratis. Item a propria conscientia et per propria opera unde dicit. Bernardus in meditationibus²⁹⁹ *Tunc quasi loquentia opera dicent. Tu nos egisti opera tua sumus nec te de[75r 356]seremus sed semper tecum erimus tecumque ad iudicium pergemus* et quare diffamatus est quia videlicet dissipaverat omnia bona. illius sine sint bona nature sine gratie sine fortune. Omnia sunt dei sed nobis ab ipso credita propter quod dicit apostolus Cor. iiiii.[7] Quid habes quod non accepisti dissipat [96v 343] autem bona nature per immedietatem. sollicitudinem et nimium. circa temporalia discursum unde ille qui descendebat ab iherusalem in iericho incidit in latrones et plagas imposuerunt. Item bonam fortune per abusum ut patet de filio prodigo. Luc. xv. Qui dissipavat totam substantiam suam vivendo luxuriose. Item bona gratie per contemptum Ro. ii. Audientias bonitatis eius et patientie et longanimitatis eius contempnuit. Item bona glorie per negligentiam. Mt. xxii. dicitur de invitatis ad nupcias quod neglexerunt. | Secundo proponitur nobis quid est valde timendum scilicet iudicium districte examinationis. [16.2] *Quid hoc au[dio] de te red[de] ra[tionem] vil[icationis]*. Reddere siquidem debet rationem homo de commissis³⁰⁰ sicut de promissione facta in baptismo Ecclesia. vi. Siquid voiveris redde. Item de amissis Ecclesia. ultimo Cuncta que fiunt sub sole adducet deus in iudicium sine bonum sine malum fuerunt. Item de omissis. Mt. xxv. Disceptabit deus cum reprobis dicens. Esurivi. Notandum autem quod cum tribus suis legitur dominus posuisse

²⁹⁸ auch leicht zu sehen in 356.

²⁹⁹ Vgl. PL 184, Sp 488: Auctor incertus(Bernhard?), *Meditationes de humana conditione*.

³⁰⁰ 343 schlecht lesbar

rationem scilicet cum debitore Mt. xix. Cum dispensatore ut hic. Cum non multiplicatore Mt. xxv.
| Tertio tangitur hic illud quod est imitandum scilicet consilium discretionis cum dicit Scio quid faciam ubi ostenditur prudentia eius in quatuor. Primo in hoc quod villicationem suam in brevi finiendam esse attendit³⁰¹. Cum dicit Quid fa. Idem debet attendere quibus nostrum et maxime potestatem secularem habentes. Ecclesia. xi. Omnis potentatus brevis etc. quia hodie rex est cras moritur iob. Nescio quam diu subsistam et si post mo tol me dac meus. Secundo in hoc quod defactus suos recognaovit. [75v 356] fodere non valeo ministerium divitium quando a ministerio amoventur ad litteram solent agere quia nesciunt sibi aliter providere et propter hoc etiam aliqui furantur et suspenduntur. Sed in futuro non erit modus providendi ei qui sibi non hic providit. Tertio in hoc quod cogitavit quid esset facturus unde dicit. Quid faciam. Sic nos debemus secundum illud Iob xxxi. Quid faciam cum dominus surrexit ad iudicandum et cum quaesierit quid respondebo ei. Quarto in hoc quod contra paupertatem futuram remedium procuravit amiciciam scilicet servorum domini sui. Scio quid fa. Regnum [97r 343] celorum pauperum est. Mt. <v>³⁰² Beati pau spiritu quoniam ip est reg ce. unde si divites id habere volunt oportet ut de pauperibus emant. Sic ergo exemplum huius villici sequamur ut ad eterna habitacula recipi possimus. Quod nobis concedat ihesus christus. Amen

Dominica decima [=T50] [97r 343/ 75v 356]

Cum apropinquaret ihesus iherusalem videns civitatem felvit. Luc. xix. Misericordiam suam erga nos ostendit deus multipliciter scilicet in beneficiorum suorum collatione. In peccatorum nostrorum remissione. In sustinentia nostre malicie et in compassionē humane ignorantie. Cui in tantum compatitur quod etiam pro ea flevisse legitur. ut hic Cum apropi. ihesus intra felvit su il. Ubi tanguntur duo. Primo in salvatoris compassionis affectus cum dicit videns civitatem fle super eam. Secundo in populo peccatorum domine dogitationis defectus ibi. Si cog et tu. | Circa primum notandum quod deus videt occulta cordium ad examinationem. R. Deus autem intuetur cor. Ecclesia. oculi domini multo plus lucidiores sunt. super solem intuentes in omnes vias hominum. Item videt iustorum opera ad retributionem Mt. v. Intra in cubiculum tuum et clausus hostio ora. Intra et pater tuus qui videt in abscondito. Item afflictorum onera ad sub[76r 356]lenationem Exo. iiiii. Videt opera eorum quod conversi essent devisa sua mala et misertus est populo suo. Item peccatorum scelerum ad compassionem ut hic flevit autem in cruce hominis culpam. Unde cum clamore valido et lacrimis exauditus est. Item ad sepulcrum lazari hominis

³⁰¹ Lehrstelle in 356

³⁰² interpositus 343.

miseriam. Sed hic hominis ignorantiam multa enum mal ventura erant super ipsam civitatem que ipsa ignorabat unde et dicit Si cog. et tu. Nunc autem abscon sunt hec etc. Sed si sic flevit salvator quomodo debet peccator flere. Debet peccator autem flere quatuor scilicet sterilitatem bonorum operum multiplicitatem scelerum suorum inutilem consumptionem suarum virium de hiis omnibus dicitur Proverbi. Ne des alienis honorem tuum et annos tuos crudeli ne. ne forte impleantur extranei viribus tuis et gemas in novissimis quando comsumpseris carnem et corporis tuum. | Circa secundum nota quod duplex cognitio est homini necessaria scilicet dei et sui et quia homo constat ex corpore et anima. Primo circa corpus debet cogitare unde sit. Secundo quid sit et tertio quo tendit. Hoc est debet cogitare suam originem. [97v 343] suum statum suum finem. Origo est infirma status periculosus et finis est incertus. Circa animam <autem>³⁰³ debet cogitare secundum quid est facta et secundum similitudinem dei propter quid quia propter bonitatem dei. Ad quid quia ad contemplationem dei et amorem et sic homo per cognitionem sui tandem ducitur ad cognitionem dei ubi potest videre eius potestatem quia talem craturam potuit facere. Sapientiam in eo quod scivit talem creaturam facere. bonitatem in eo quod voluit talem facere. Istam cognitionem isinuat dominus proprio peccatori et dicit si cog et tu. Supple felres utique peccator flere posset si septem malam quae sibi venturam sunt recognosceret. Primum est spoliatio omnium bonorum temporalium Ps. cum interierit non sumet omnia Iob. dives cum dormierit nichil se auferet. quia Ecclesia. Relinquit omnia aliis neque descendet cum eo gloria eius [76v 356] luc. Stulte hac noc te avi tu etc. Secundum est occursum demonum Gregorius. Maligni spiritus animam de corpore exeuntem circumdant quam in carnis amore positam deceptoris delectationibus fovent. Tertium est amissio status consequendi misericordiam. Iste status distinguit inter demones³⁰⁴ et homines viatores. Ps. extunt ira tua. Ecclesia. ix. Lignum si ceciderit ad austrum sive aquilonem ibi erit. Quartum est maxima confusio quia tunc omnia detegentur quae prius occultabantur.³⁰⁵ Ecclesia. ix. In finem hominis denudati operum. Quintum est ab electis reproborum seperatio. Mt. xiii. Exibunt au et sepa ma etc. Sextum est a gloria exclusio Luc. Cum intraverit paterfamilias et clau. host. tunc incipi. fo. sta. Tunc utique erit ibi fletus et stridor den. Sicut dicitur Luc. Cum videritis abraham etc. Vos autem expelli foras. Septimum est oene ihennalis miseria et afflictio. Iudit. Dabit ignem in cadavera eorum ut urantur et senciant usque in sempiternum Ysa. ult. Egredientur et videbunt cadavera eorum qui praesunt nime. Vermis eorum non moritur. Cognoscamus ergo quae pena peccatores exspectat et ploremus modo ut gaudere valeamus in futuro. Io. Vos igitur modo tristitiam ha. Iterum autem vi vos et gau cor vestrum. Intra et gaudium vestrum nemo tollat a vobis. Quo gaudio nos gaudere faciat ihesus christus. Amen.

³⁰³ interpositus 343

³⁰⁴ 343: demones?

³⁰⁵ Von *Ecclesia*. bis *occultabantur* fehlt in 356

Dominica undecima [=T51] [98r 343/ 76v 356]

Puplicanus stans a longe no[lebat] ocu[los] ad ce[lum] le[vare] Luc. [18.13]. Dux nobis exemplum in praesenti ewangelio proponitur scilicet superbie in phariseo quod est valde fugiendum. humilitatis in puplicano quod est valde imitandum de quo hic dicitur puplicanus a longe stans etc. Et quia puplicanus iste typum gerit vere penitentis. Tanguntur circa ipsum tria penitenti valde neccesaria scilicet timor. pudor et dolor. timor innuitur cum dicitur pup. stans alon. Qui enim timet a remotis stare solet. sunt autem tria quae quilibet vehementer timere potest. Primum est de peccatis preteritis incertitudo venie. Quis enim potest dicere mundum est cor meum purus sum a peccato Proverbi xx Sicut [77r 356] enim dicitur Joh i. Si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos se et ve in nobis non est propter hoc cum magno timore dicit apostolus. Cor. iiiii.[4] Nichil mihi conscius sum sed in hoc non iustificatus sum. Secundum est praesentibus bonis operibus dubietas placentie. Sepe enim secundum gregorii sordet ante oculos iudicis quod fulget in conspectu operantis. Ecclesia. ix. Sunt iusti et sapientes et opera eorum in manu dei et tamen nescit homo utrum odio an amore dignus sit. Tertium est de futuris bonis incertitudo perseverantie propter quod dicebat apostolus. Cor. Qui stat videat ne cadat. Multi enim putant se non casuros qui tamen valde graviter tadunt postea ut salomon iudas et petrus. Secundo innuitur pudor cum dicitur Nolebat nec oculos ad celum levare quasi diceret etiam nec celum videre dignus sum. Pudor siquidem ortum habuit de peccato unde adam et eva satim post peccatum se absconderunt quia prae pudor ad <tegendum>³⁰⁶ suam nuditatem. folia ficus consuerunt. Istud est contra illos qui de peccatis suis gloriantur de quibus Ysa. Peccatum tuum quasi sodoma absconde. Jere. Confusi sunt qui abominationem fecerunt quin potius confusione non sunt compuncti et erubescere nescierunt. Idcirco qui nolunt hic sustinere modicam confusionem poenitentie sustinebunt postmodum confusinem pene eterne Jere. xxiiii. Derelinquam vos et civitatem quam dedi vobis et patribus vestris a facie mea et dabo vos in opprobrium sempiternum et ignomiam eternam quae numquam oblivionem delebitur. | Tertio insinuatur dolor cum dicitur *percutebat pecatus suum dicens deus proprius* [98v 343] esto mihi *pecator*. Dolere potest peccator merito. Primo quia deum offendit solet homo cum ad se redierit multum dolere quia amicum dilectum offendit sed nullus amicus melior est quasi deus. unde quando videmus suam dilectionem et nostram ingratitudinem merito dolere possumus. Item quia tempus suum male [77v 356] expendit. Solet homo dolere de amissione pecunie quam tamen

³⁰⁶ corr. a custodiendum in 343 et in textu 356

poterit rehabere sed tempus numquam recuperare potest de quo tamen secundum aug³⁰⁷. Omne tempus tibi impensum requiretur a te qualiter sit expensum. Item quia cotidie ad inferos tendit. Singulis enim diebus peccator unum passum facit ad infernum. Qui ducuntur ad patibulum quanto magis apropinquant tantp magis dolere solent. Peccator autem cotidie apropinquat patibulo inferni in quo ad ultimum suspendetur Amos. Ecce dies veniunt dicit dominus et levabit vos in conchis et reliquias vestras in ollis fernalibus et per aperturam exhibitis altera contra alteram in corpore de sepulchro et animam de inferno et proiciendum in arnon. Arnon interpraetatur excussio dencium et in inferno erit fletus et stridor dencium. Est autem notabile quod iste de quo hic loquimur dolens dixit. Deus propicius esto mihi peccatori. Deus qui es patiens peccatore expeccando et dulciter revocando Ysa. iiiii. revertere ad me quoniam redemi te. Item tu qui es misericors revocatum misericorditer suscipiendo. Ysa. lvi. Derelinquat in pius viam suam. Intra quoniam benignus et misericors est et praesta su ma propcius esto fragilitati mee compaciendo Iob. Momento quaeso quod sicut lutum feceris me. Item peccata mea quibus iram merui ignoscendo. Ps. Miserere intra et secundum multitudinem mise tu. Item penam intransitoriam commutando. Augustinus. Hic vre hic seca tamen ut in futuro portas propicius in quam est mihi quem fecisti quem redemisti quem salvare promisisti mihi inquam peccatori peccata mea recognoscenti. peccatum deinceps relinquere volenti et pro peccato ignoscendo humiliter petenti. Cum qui misericordiam assequi nobis concedat deus. Amen.

Dominica duodecima [=T52] [98v 343/ 77v 356]

Adducunt ei surdum et mutum Mar. vii.[37] Sicut dicit Gregorius Miracula quae fecit deus sic accipienda sunt ut et in veritate credenda sunt. **[99r 343]** esse facta et tamen per significationem nobis aliquid insinuant. Idcirco **[78r 356]** in serie praesentis ewangelii tria videre debemus. Primo quid per surdum istum et mutum intelligitur. Secundo per quod ad christum adducimur. Tertio qualiter sanitati restituitur. | Circa primum notandum quod surdus iste et mutus secundum gregorius genus significat humanum vel quemlibet peccatorum qui usum aurium non habet. Ps. Furor illis secundum similitudinem sed spiritualiter autem tria peccata reddent hominem surdum scilicet avaricia quae facit non audire pauperem et ideo avarus in sua neccesitate non meretur audiri ut patet de divite epulone. Proverbi xxi. Qui abturat aurem suam ne auderit clamationem pauperum. Item iracundia quae non facit audire correctorem. Amos. Odio habuerunt corripiente in por et perfecte loquentem abstinati sunt. Item Abstinatio quae facit non audire praedicatorem. Proverbi. xxxviii. Qui obturat aurem sua ne audiat legem oratio eius erit execrabilis. Mutus dicitur

³⁰⁷ Vgl. Auctor incertus (Bernhard?), Ossulum in verba: Ad qui venisti?, in: PL 184, Sp. 1198.

peccator quia non apperit os suum ad ea quae aperire debet scilicet ad creatoris sui laudem et glorificationem ad proximi instructionem et ad proprie iniquitatis accusationem. Sunt autem multa quae peccatorem mutum reddunt scilicet pudor culpe. commisse contra quem debet opponi magnitudo confusionis fixture ubi peccatum toti mundo manifestabitur quod mod occultabitur. Secundo amor voluptatis mundane contra quem debet acribitas opponi pene future Ecclesia. Malicia hore unius oblivionem facit luxurie maxime. Tertio spes longioris vite contra quem debet opponi modicitas praesentis vite Iac. iii. Que est vita nostra vapor ad modicum parens. Quare desperato consequende misericordiae contra quem debet opponi multiplicitas misericordie divine. istud est quadruplex vinculum lingue quod solvit deus in peccatre quo soluto recte loquitur pro peccatis propriis seipsum non alium accusando iustus enim in pirvo accusatorem sui Proverbi. Ego sum inquit david ii. r. ult. qui peccavi etc. Item non solum peccata sed etiam [78v 356] circumstantias manifestatio Perdam inquit dominus babilonis nomen et reliquias et progeniem et gerniem Ysa. xiiii. Item peccatis omnibus renunciando Proverbi. xxviii. Qui scelera sua absconderit non dirigetur. Item pro peccatis sus dominum humiliter exorando sicut ille Lic. xiii. deus propicius esto mihi pec. | Circa secundum notandum quod surdum istum et mutum adducutn spes et timor ad christim. timor adduxit paulum unde tremens et stapens dicit Domine quid me vis fa[99v 343]cere. Spes adduxit mariam magdalenam. est autem notabile quod alii eum adducunt. Peccator enim per seipsum ad christum venire non potest unde oportet quod adducatur per exempla sanctorum et suffragia eorum propter quod dicitur Iob. Voca si est qui respondat tibi et ad aliquem sanctorum convertere. | Circa tertium notandum quod christus in sanatio istius quatuor fecit ipsum a reliqua turba eduxit digitos in auriculas eius misit. Sputo lunguam eius tetegit et in celum respexit a reliqua turba dominus peccatorem educit quando a consortio aliorum peccator ipsum seperat sic fecit dominus loth Gn. xix. Digitos in auriclam mittit quando memoriam sue creatoris sine redemptionis et glorificationis immittit vel³⁰⁸ quando immittit ei peccati recognitionem detestationem et satisfactionem. Sputo lunguam tangit quando gratiam sapientie hominum infundit in celum suspicit et ingemiscit quando considerans ad quid homo factus est et a quanto gloria per peccatum cecidit ei misericorditer condescendit etc. Sanatur surdus et mutus. Rogemus ergo dominum ut ad eum meriamur adduci et ab eo salvari sanarari atque defendi. Amen.

³⁰⁸ Satz von *quando* bis *vel* fehlt in 356

Dominica tertius decima sermo [=T53] [99v 343 / 78v 356]

Beati oculi qui vident que vos videtis *Luc. x.[23]* Sicut dicitur Ecclesia[stices] [7.30] *Deus creavit hominem rectum sed ipse se infinitas miscuit quaestionibus* quod patet in parabola praesenti ubi quatuor nobis insinuantur. Primo vera beatitudo ad quam deus hominem condidit. *Beati oculi qui vi quae vos vi.* Secundo via per quam homo ad eam veniere debuit quia per observantiam mandatorum. [x.25] *Magister quid fa[ciendo] ut vi[am] eter[nam].* Tertio quam miserabiliter homo han beatitudinem amisit. [x.30] *homo qui descendit ab iherusalem.* Quarto quam misericorditer ad deum reductus fuit. [x.33] *Samaritanus autem.* | Circa primum notandum quod vera beatitudo consistit in dei visione secundum Augustinus Ioh. xvii. hec est vita eterna ut cog te so verum deum. Quod significatur ibi ubi regina saba dixit ad salomonem <iiii R. v.>³⁰⁹ *Beati viri tui et et beati servi tui hii qui stant coram te semper* Iohannes super illud sponsus forma dicit absque passionibus crucis omnibus pulcrior erat. Notandum autem quod triplex est beatitudo. Quedam beatitudo est deceptoria scilicet mundana. Ps. [143.15?] oves eorum fetose. *Beatum dixerunt populum* etc. Quedam vera non tamen perfecta ut beatitudo gratie. Quod patet in beato petro cui dictum est. *Beatus es symon bariona.* Benedictionem tamen istam ad tempus amisit Quedam perfecta. Ps. Deati qui habitant in do[mo] tua domine. | Circa secundum notandum quod via per quam ad eternam [100r 343] beatitudinem venitur est dilectio proximi. Quatuor autem modum debemus proximum diligere. Necessaria si indignerit ministrando Ysa. lviii. Frange esu pa. tuum. Correctionem si deliquaerit adhibendo. *Luc. xviii³¹⁰.* *Si peccaverit in te frater tuus* iniurias dimitendo. Phil. v. Estote invicem benigni. donantes vobis metipsis salutem optando. Iac. v. Orate pro vobis invicem ut salvenum. | Circa tertium notandum quod homo iste est adam vel genus humanum qui ab iherusalem in iherico descendet quando visione dei in pace eterna se indignum reddens in multiplices huius vite defectus cecidit latrones in quos incidit fuerunt demones qui latrone dicuntur quia in modum latronum improvise in homines insiliunt. Isti latrones hominem despoliaverunt quando gratia eum nudaverunt plagas imposuerunt quia naturam hominis graviter lesrerunt et infirmam reddiderunt. Gemininum reliquaerunt quia amissa est vita gratiae et relicta est vita nature. Sacerdos et dyaconus sunt lex et prophete qui infirmum viderunt [79v 356] sed non curaverunt secundum Augustinum. | Circa quatuorum notandum quod samaritanus iste qui custos interpraetatur significatur christum de qui in Ps. Nisi domus custo civi aug. Cum cunctis sit praevidens et cunctorum curam agens ita ipsum circa meam custodiam occupatum video. autem si omnium oblitus sit et mihi soli intendere velit. Iste samaritanus misericordia motus fuit quia Thi[tu]m ii. Non ex operibus iustitie quae fe[cimus] nos sanctiato aprospinquavit confor[mitate?]

³⁰⁹ In margine 343 et **non** in textu 356; Vulgata aber 1(3.) Könige, 10.8.

³¹⁰ Mt. xviii.15

nature vulnera alligavit defluxum ad vicia cohibendo oleum et vinum infundi. virtutem sacramentorum adhibendo iumento inposuit et in stabukum inducit in ecclesiam altare dei idest post resurrectionem duos denarios protulit et stabulario dedit idest duo testamenta ad pascendum fideles ecclesie praelatis commisit qui si aliquid de suo studio et sua sollicitudinem supererogaverunt ipse cum ad iudicium venerit reddet illis secundum illud lec. Euge sermone bone et fidelis quia in pauca etc. Intre in gaudium domini tui ubi vos gaudere faciat ihesus christus. Amen.

Dominica quartus decima [=T54] [100r 343/ 79v 356]

Cum iret ihesus in iherusalem etc. occurerunt ei decem viri leprosi Luc. xvii. Quilibet in sua angustia libenter quaerit adiuvantem ut opaessum liberantem in tenebris positus illuminantem et infirmus curantem. Idcirco decem viri infirmi cognoscentes venie salvatorem inquirens suam salutem non **[100v 343]** fuerunt pigri sed statim occurunt et hoc est quod dicitur dum iret ihesus in iherusalem et ubi quatuor insinuantur. Primo peccati in commodum in hoc quod peccatum assimilatur homini leproso. Secundo rectus modus veniendi ab ihesum steterunt a longe. Tertio verus modus contritionis et factum est dum irent mundati sunt. Quatuor ingratitudo pro acceptis dei beneficiis non est inventus qui etc. | Circa primum notandum quod lepra significatur peccatum mortale. Primo quia lepra non statim interficit hominem corporaliter <sic nec peccatum>³¹¹ **[80r 356]** sed spiritualiter. Can. vii. Impius multo tempore vivit in sua malicia. Secundo quia alios inficit Eccl. qui tangit picem inquinabitur ab ea et qui communicaverit superbo induet superbia. Tertio quia sibi noxia quaerit Proverbi i. usque parvuli diligenter infanciam et stulti ea quae sibi noxia sunt querent. Quatuor. quia abhominabilem <et fetidum>³¹² reddit Osee. ix. Facti sunt abhominabiles sicut ea quae dilexerunt. Quinto quia a consortio aliorum eicit. Mt. Ligate ma et pe proicite eum. in tenebras exteriores legimus autem tria peccata mundana esse per lepram peccatum cupidatis ut patet de giezi iiiii. R.v. Item peccatum detractionus ut patet de mariam muru xii. Item peccatum praesumptionis it patet de ozia rege iuda qui volueritadolere incensum super altare domini. R. | Circa secundum notandum quod quinque fecerunt isti leprosi quia occurerunt alonge steterunt vocem levaverunt misericordiam quaeasierunt et se sacerdotibus ostenderunt. Sic peccator debet occurere domino quam diu in peccato est quasi aversam faciem habet a domino et ab eo recedit. Sed quando penitet ad christum se convertit et ei occurrit. Quod quia homo a seipso habere non potest petit propheta

³¹¹ In margine 343

³¹² in margine 343

Jere. Converttere domine et convertar ad te Ysa. xxi. Occurrentes sicient ferte aquas christus sitit nostram salum unde moriens in cruce dixit. Sicio cui debemus per poenitentiam occurere et ei fontem lacrimarum offerre. Alonge debet stare per erubescientiam. Sic puplicanus fecit Luc. xviii. Vocem debet levare ad interioris contritionis evidentiam. Misericordiam debet petere per confidentiam non desperando sicut cayn. Sacerdotibus debet se ostendere confitendo culpa et exhibendo emendam Aug. Ponant se penitens omnio in potestate in dicis in iudicio sacerdotis nichil sui reservans sibi ut eo iubente paratus sic facere pro recuperanda vita anime que faceret pro vitandam corporis morte. | Circa tertium notandum quod tanta est virtus compunctionis quod quando peccator igemis [80v 356] cet pro peccato suo deus ignoscit. Ps. dixi confitebor adver me etc. et tu remi. impie. [101r 343] Vera siquidem contritio animam a reatu culpe mundat a pena iehenne et demonium societate et a peccati servitute liberat. Item bona spiritualia restituit et de filio dyaboli filium dei efficit. Quatuor insinuator ingratitudo pro acceptis dei beneficiis quia non est inventus qui rediret et daret gloriam dei nis hic alienigena Ps. oblii sunt. beneficorum eius. Amen.

Dominica quintus decima sermo [=T55] [101r 343/ 80v 356]

Primum querite regnum dei Mt. vi.[33] sicut dicitur Prverbi xv. bene consurgit diluculo qui quaerit bona quia ut dicitur Luc. Qui quaerit invenit scilicet qualia quaerit. Et idcirco monet nos dominus prae omnibus illud quaerere quod constat omnibus nobilis et melius esse. Cum dicit primum quaerite reg dei ubi tria insinuat deus. primo quid per omnibus sit querendum. Cum dicit primum que. reg. dei. Secundo ostendit viam per quam veniendum est ad alias cum dicitur et iustitiam eius in opera iustitie dicentia ad illud. Tertio ostendit provenientem ex ista inquisitem fructum et haec omnia adici vobis. | Circa primum notandum quod regnum dei est gloria celestis de qua Luc. xvii. Beatus qui manducat panem in reg[um] dei. Istud regnum est quaerendum quia opulentissimum Iudit. xviii. Tradet nobis dominus locum in quo nullus rei erit penuria eorum quae gignit humus. Apoc. Neque esurient neque sicient amplius. Item quia iocundissimum. Ps. Sicut lectantium etc. Ysa. Non erunt in memoria priora neque ascendunt super cor sed gaudium et exultatio usque in sempiternum in hiis que ego creo. Item quia securissimum. Erum xxviii. Cum congregavero dominum israel de populis in quibus dispersi sunt sanctificabor eis coram gentibus et habitabunt in terra sua quam dedi servo meo iacob et habitabunt in ea securi. Item quia spetiosissimum. Sap. v. Acceperunt regnum decorum et dyadema speciei de hiis omnibus. Ysa. xxxii. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. | Circa secundum notandum quod quintuplex est via per quam regnum dei [81r 356] queritur et invenitur scilicet innocentia

